

Scriptores physiognomoniae veteres ex recensione Camilli Perusci et Frid / Sylburgii Graece et Latine recensuit animadversiones Sylburgii et Dan. Guil. Trilleri v. ill. in Melampodem emendationes addidit suasque adpersit notas Iohannes Georgius Fridericus Franzius. [Aristotelis Physiognomonicon.--Polemonis Physiognomonicon.--Adamantii Physiognomonicon.--Melampodis Ex palpitationibus divinatio, Divinatio ex naevis corporis].

Contributors

Franz, Johann Georg Friedrich, 1737-1789.
Aristotle. De physiognomia.
Polemo, Antonius, approximately 88-145.
Peruscius, Camillus, Bishop of Alatri.
Sylburg, Friedrich, 1536-1596.
Triller, Daniel Wilhelm, 1695-1782.

Publication/Creation

Altenburgi : Impensis Gottlob Emanuel Richteri, 1780.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/kuvje2jw>

License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>







23,467/B

N. W. n

V. 9

SCRIPTORES
PHYSIOGNOMONIAE
VETERES

EX RECENSIONE

CAMILLI PERVSCI ET FRID
SYLBVRGII

GRAECE ET LATINE

RECENSUIT

ANIMADVERSIONES SYLBVRGII

ET

DAN. GVIL. TRILLERI V. ILL. IN MELAM
PODEM EMENDATIONES

ADDIDIT

SVASQVE ADSPERSIT NOTAS

IOHANNES GEORGIUS FRIDERICVS
FRANZIVS.

ALTENBURGI

IMPENSIS GOTTLOB EMANVEL RICHTERI

CICIDCCLXXX.



Handwritten signature and scribbles



LECTORI

S

IOH. GEORGIUS FRIDER. FRANZIUS

PHILOS. ET MEDIC. D.

Quum nostri temporis ea sit felicitas, ut non solum iis delectetur animus humanus quam maxime, quae noua prorsus et admiratione haud leui digna videantur, sed etiam pascatur nutriaturque rebus, quae curiosae cupiditati delicatiorique libidini fouendae inseruiant; sic physiognomoniae studium quoque per longam annorum seriem sopitum, superstitionisque nugis conspurcatum, vernoque obrutum latens, virorum laudatissimorum prorsus singulari nec improbanda cura excitatum, reuocatum ac repurgatum recrudit ita, ut noua quasi luce illustratum solis orientis ad instar suos radios ubiuis fere locorum sparserit, atque haud paucos inuenerit amicos, qui radiis corruscantibus recreati vtilitatem suauitatemque maximam percipientes alios quoque in sui traxerint consortium. Itaque neminem tam hebeti coecutienteque praeditum esse visu arbitror,

bitror, qui ex contemptu, arrogantia, aut rei ignoratione tales viros accusare velit, quum huius artis cultu atque disquisitione curatiori id curare ac perficere potissimum tentarint, vt non solum perfecta omnibusque ingeniosis coniecturis superstructa quam maxime haec ars fieret, sed etiam vt disceremus eo facilius nosmet ipsos et alios nosse, quibuscum communi quodam vinculo atque cognatione quadam continemur, quorumque exactior notitia non solum in quocumque vitae genere, sed et in amicorum delectu, reprobationeque inimicorum, admodum necessaria censenda est. Igitur quamquam de laudibus horum virorum neque inuidiae stimulis instigatus, neque odii acerbitate excitatus aliquid derogare ausim atque detrahare, tamen hoc mihi erit quilibet vltro concessurus, quod etiam in veterum scriptorum libris vestigia appareant penitus expressa, neque temporum iniuria conculcata, ex quibus colligere, quin imo perspicere queamus certissime, hanc artem et in antiquissimis temporibus cultam fuisse, altasque egisse radices, et fortassis maiora capere potuisse incrementa, si nostris auctores illi vixerint beatis temporibus, quibus melioribus instructi praesidiis, adaptatisque acriori visui instrumentis, absconditas res revelare earumque inquirere in causas, incognita perspicere, et de iis profundius differere, easque multo melius quam maiores nostri aliis, si Diis placet, tradere valemus hominibus. Quare vt intelligant atque cognoscant physiognomoniae amici, quid senserint statuerint.

rintque veteres de hac doctrina, placuit nobis Physiognomonum veterum scripta ab antiquitate ad nos transmissa, nec maleuolorum hominum prauitate nobis subrepta, prelo submittere, nostrisque animaduersionibus qualibuscumque, si non illustrare, tamen nec obscurare, sed tantum paululum pro virium tenuitate, ingeniique penuria emendare. Quaidem in re Viri Illustris ac Experientissimi GRVNERI, Academiae Ienensis Professoris celebratissimi, fauorem erga me prorsus singularem vix satis laudare possum, quippe, qui, vt me in moliendo aggrediendoque hoc opere, cui successiuas meas horas dicare poteram tantum, iuaret leuaretque, non consiliis solum adfuit mihi, sed transmissis etiam Polemonis, Adamantiique et Melampodis libris effecit, vt fini eo facilius consequendo fuerim par; cui gratissimum obstrictissimumque me fore voueo eo lubentius, quo magis sentio tot tantaque egregii sui fauoris erga me documenta requirere grates decentissimas palamque declarandas, promissique constantiam, qua ne vlllo quidem tempore tanti huius viri memoriam ex animo excidere patiar.

Inter libros autem physiognomonicos, qui ad nostram peruenerunt aetatem, (multo enim plures exstitisse, quam qui hodiernum circumferuntur, vel ex eo liquet, quod ab scriptoribus veteribus passim celebratur ¹ Po-

a 3

fido-

1. Cf. Suidam in vocc. *συκὴ* et Fabric. in Bibl. Gr. *παλμικόν*, *Προβιδόνειος* et *οἰωνο-* T. I. L. I. c. 15. n. 4.

fidonius quidam, qui παλμικὸν οἰωνισμόν consignavit literis, et Sibylla quoque, quae περὶ παλμῶν edidit commentarios, et duumviri commemorantur, qui artis chiromanticae conscripserint praecepta, quae physiologiae diuinatoriae pars est, ² Helenus nimirum quispiam Syracusius, et ³ Eumolpus,) Aristotelis liber principem obtinet locum, quippe qui non solum a philosopho, id est, curatiori studio et opera est digestus et ordine quodam arbitrario, non systematico et compendiario, qui tunc temporis prorsus ignorabatur, instructus; sed etiam ita comparatus, ut physiognomoniae faciem, qualis tunc fuerit, intueri et characteres lineasque omnes paulo distinctius inter noscere queamus. De ipso Aristotele nihil iam dicere attinet, quum praeter ⁴ Diogenem Laertium, ⁵ Stobaeus, ⁶ Fabricius, Bruckerus, alii satis multa de eo dixerint, ad quos lectores cupidos amandare nobis liceat; qui in eo quoque consentiunt Librum physiognomicon ab ipso Aristotele profectum esse, nixi potissimum luculentissimo Diogenis Laertii testimonio, et auctoritate codicum manu exaratorum optimae notae, quibus quoque omnes editores et Interpretes Aristotelis, quotquot videre

2. Cf. Suidam in voce Ἑλενος et Peucer. de diuin. praec. gener. p. 606.

3. Suidae dicitur ἐποποιὸς τῶν περὶ Ὀμήρου, quem et versibus et soluta tractasse oratione χειροσκοπικῶς asserit.

Cf. Fabr. T. I. L. I. c. 6. n. 7. p. 38.

4. In Vitis Philos. L. V. c. 25.

5. In Eccl. phys. L. I. p. 88.

6. in Bibl. Gr. L. III. c. 6. Vol. II. p. 144.

videre nobis contigit, suum addunt calculum. Vtrum vero libellus nomen Aristotelis prae se ferens genuinus sit nec ne, sub iudice lis etiamnum esse videtur; hoc tamen concedendum esse ipsa rei necessitas exigit, partem aliquam genuinam utique esse, quod potissimum ex consensu illius libri cum extremo Analyticorum capite, quod est quoddam veluti physiognomonicon libri compendium, et cum primo et secundo Rhetoricorum volumine, quod recte morum humanae vitae speculum dixeris, est colligendum. Alias vero partes vel mutilatas, vel supposititias esse ire inficias non possumus, quod et ⁷ Auerroes, ⁸ Sanchezius, Du Vallius et plerique Interpretum Aristotelis vno ore profitentur, argumentisque haud levis momenti probare studuerunt. Itaque loca quaedam vel margini adscripta interpretationis causa, glossematis loco adiecta, a nimium sedulo et imperito librario, religioni sibi ducente ea expungere, loco suo mota textuique illata, insertaque sunt, vel impostoris cuiusdam, ex nominis Aristotelici celebritate monstroso suo partui fauorem conciliare cupientis, fraudulentia ac impietate, quae largas omnibus temporibus segetes, historia teste, habuit, intrusa sunt. Auerroi tamen, quem ut videtur reliqui omnes antiqua optimaque fide transscripsere, palma esttribuenda prae reliquis, quippe qui particulas quasdam in editione antiqua non inueniens, recte existima-

a 4

uit

7. In Opp. Aristot. Tom. VII. p. 283. b.

8. In comm. in Aristotel. physiogn. p. 35.

vit a recentiori manu temere textui Graeco fuisse adscriptas. Ceterum stili diuersitas, et a cogitandi subtilitate Aristotelis abhorrens orationis textura, contradictionesque passim obuiaae, suspicionem praebent, non omnia ita esse genuina, vt Mineruae ad instar ex Aristotelis cerebro profilierint et in chartas sese proiecerint. Vnde quoque textus plerumque asterisco notatus et lacunae in versionibus Du Valii omniumque fere vulgatarum editionum, quas consule, si placet, digito quasi loca deprauata suspectaque indicant, quibus, ne textus versione destituatur in nostra editione, interpretationem adiecimus. Ex animaduersionibus praeterea Friderici Sylburgii aequae ac nostris textui ipsi suppositis apparet, Aristotelem veterum de physiognomonia sententias ac placita curatiori studio, omnique fide talem virum decente proposuisse, atque Homerum, Hippocratem, Platonem, aliosque, quorum in scriptis satis multae physiognomoniae lineae conspiciuntur, fuisse sequutum. Recentiores autem, quibus nihil magis quam recentiorum inuenta nouoantiqua, vel si maius antiquonoua arrident atque placent, ex antiquis nimirum composita, mirum in modum confuta verbisque phaleratis interdum thrafonico more obliterata, obducta, inuoluta ac ornata egregie, exinde augurari ac colligere possunt, quamplurima nobis recentia, pulcra, subtiliaque visa veteres latuisse nequaquam, lectionemque librorum ab ipsis literis mandatorum non esse improbandam, seponendamque; sed commendandam
atque

atque auide persequendam. Hac praeprimis ducti ratione potissimum Aristotelem ex ipso Aristotele aliisque veteribus explicare tentauimus, repudiatis reiectisque hypothefibus aut coniecturis recentiorum quamplurimis, quas credat Iudaeus Apella, non ego. Igitur hac via tutissima ingredi maluimus, nobisque cavere, ne entusiasmo physiognomonico, qui quamplurimorum nervos tenet constrictos, correpti, eiusque malis insanis nutriti, aliquid insulsi, aut quod magna adhuc ambiguitate laborat, multisque tricis difficultatibusque est implicitum, pro vero obtruderemus lectoribus.

Arrogantiae tamen accusandus essem, si mihi hoc sumere velim primum me Aristoteli illustrando manus, quae apud sedulos scriptores omnino sanae esse debent atque bene lotae, adiecisse; quem enim fugit doctissimos celebratissimosque viros et transferendo in usum maxime eorum, qui Graeca cane peius et angue fugiunt, et commentarios verbosiores et succinctiores addendo eruditorum gratia multum lucis attulisse, tenebrasque physiognomonicis libris offusas dissipasse penitus. Principes tantum nominasse sufficiet, inter quos reliquis facile praefert facem⁹ Auerroes, Arabs, naturali scientia sua aetate praestantissimus, omniumque bonarum disciplinarum encyclopaediam adeptus, qui praeter

a 5

trans-

9. Exstat in Opp. Aristotel. Tom. VII. ab Auerroee editis, et Venetiis 1552. quaternis impressis.

translationem latinam margini quoque paucas, sed elegantes adiecit animaduersiunculas, quas vbiuis locorum in subsidium vocare minime dubitauimus. Deinde latinam habemus ¹⁰ Andreae Lacunae, ¹¹ Iodoci Willichii, et incerti cuiusdam versionem, quam a plerisque editoribus ipsoque adeo Du Vallio operibus Aristotelis adiectam, doctissimisque viris probatam, dignamque vt textui graeco apponatur visam, a nostra noluius abesse editione, ne eam parua aestimare prorsusque reiicere videremur. Nec defuere, qui doctissimis animaduersionibus, et commentariis locupletissimis intelligentiam physiognomonicon Aristotelis facilitando lectores iuuare, animum notitia egregia locupletare, et commodis qualibuscumque inde percipiendis certo, consulere studuerunt. Quorsum potissimum spectant ¹² Franciscus Sanchezius, ¹³ Camillus Bal-

10. Prodiit Parisiis Luteiorum 1535. octonis, titulus est: Aristotelis Physiognomonia latine facta ab Andr. Lacuna.

11. Editae Vitembergae 1538. octonis, ita inscripta: Aristotelis physiognomonia latine facta a Iodoco Willichio, accedit oratio in laudem physiognomoniae. Vide et I. Alb. Fabric. in Bibl. Gr. l. I. et Lipenium in Bibliotheca et philosophica, et medica sub voce: *physiognomonia*.

12. In com. supra iam n.

7. laudato, qui exstat inter opera medica Tolosae Testosagum 1636. quaternis edita. Vide Mart. Lipenii Bibl. med. et philos. in voce *Physiogn.* et Fabricii Bibl. Gr. l. I.

13. In Com. in Aristot. Bonon. 1621. fol. cf. Lipenium et Fabric. ll. cc. et Herm. Conring. in praef. ad Scipionis Claraemontii Caesenatis librum de coniectandis cuiusque moribus et latentibus animi affectibus, Helmst. 1675. quaternis.

Baldus, ¹⁴ Augustinus Niphus, ¹⁵ Herman-
nus Follinus, ¹⁶ Franciscus Porta, ¹⁷ Conra-
dus Wimpina, ¹⁸ Petrus Motius, alii, qui
pro cuiusque consilii sui ratione amplissimis
atque exquisitissimis obseruationibus Aristote-
lem explicauere. Franciscus Sanchezius qui-
dem commemorat se primum ad explican-
dum hunc Aristotelis librum accessisse, sed
proh dolor! primum tantum caput in lectioni-
bus Tolosae habitis exposuit, cuius quidem
rei rationem affert hanc, quia reliqua facilia
sint intellectu sine vltiore interpretatione;
veram tamen hanc subesse causam auguror,
quia, quod in Academiis Italicis vsu est rece-
ptum, auditores tanta cupiditate discendi prae-
diti sunt, vt primas tantum frequentent le-
ctiones,

14. Qui laudatur a Con-
ringio l. c. his verbis: *Me-
renturque laudem Augustini
Niphi et Camilli Baldi in Ari-
stotelis eiusdem argumenti li-
bellum.* Vide eiusdem ope-
ra moralia a Naudaeo edita,
quibus etiam vita Niphi
praefixa est.

15. In libro, cuius titu-
lus: Speculum naturae hu-
manae, belgice conscripto
et ab Iohanne Follino, filio
eiusdem, latinitate donato
et edito Coloniae Agrip-
pinae 1694. duodenis. Li-
ber iste capita et propositio-
nes continet non quidem
ordine, quem Aristoteles ob-
seruauit, at tali tamen, vt

omnia Aristotelis loca repe-
riri possint facile.

16. In Libris IV. de hu-
mana physiognomonia, edi-
tis Neapoli 1602. in folio,
Francofurti 1618. et 1621.
octonis; et Teutonice ibidem
1621. ordine arbitrario et-
iam auctor sua hic proponit.

17. In Libro de signis,
praeprimis libror. VIII. IX. X.
vbi Galeni et Aristotelis fe-
re omnia in compendium
redegit.

18. In Libro de multipli-
ci temperamento et cogno-
scendis hominibus cf. Mich.
Medina L. II. Aerae Chr.
c. 2.

etiones, reliquas vero sua absentia euacuatas professoribus, aliis vt impendant studiis, permittant lubentissime. Sed haec tantum obiter dicta sunt, dolendum tamen quam maxime, ex versione solum hunc enatum esse commentarium, quod in ¹⁹ obseruationibus Aristotelico textui subiectis probauimus, magisque sane consulisset eruditus viris, si non ex riuulis non adeo puris, sed potius limpidissimis fontibus sua haussisset. Camillus Baldus autem multa quoque vtilia congeffit in spisso illo horrendoque volumine, et commentario locuplete de coniectandis moribus, magis tamen philosophico more rem tractauit, quem ne nos quidem improbamus philosophiae puriori dediti, sed hoc tantummodo volumus eum emendationem textus ipsius omisisse penitus, vel saltem, quod aiunt primis labris, vt canes ex Nilo aquam lambentes prae Crocodilorum metu, tetigisse, atque adeo non semper fortuna secunda in explicando vsum fuisse. Nec sua laude Augustinus Niphus est defraudandus, qui sese ipsum Imperatorem eruditorum virorum ex nimia fastu superbiaque tumidus appellare non erubuit, et qui Imperatoris vices obuisse visus est apertissime. Follinus contra et rationes medicas in subsidium vocauit simul, quatenus eae ad physiognomoniam spectant in vniuersum, nam de medica physiognomoniam nobis dicendi pro instituti nostri ratione iam non est opportunitas. Conradus Wimpina vero non inuita Minerva rem aggressus esse videtur, et multa
egre-

egregieque dicta in eius libro proponuntur, Aristotelis intelligentiae satis accommodata ac conuenientissima. Quid tandem de 2^o Petro Motio dicam, qui post Hippocratem et Galenum primo complexionis modum declarauit, deinde medico et philosophico ratiocinio, qui modus solennis erat et more receptus apud veteres physiognomones, qui nondum ratiocinia ex Logica expulerant atque proscripserant, propensiones et ingenia gentium, provinciarum et singulorum hominum describit curatius, saepiusque ad nostrum prouocat Aristotelem, eiusque cum reliquis scriptoribus de hac materia consensum demonstrat, suaeque sententiae veritatem egregie hac proponit ratione, ipsique firmitatem ac robur conciliat maximum. Neque ii sunt praetermittendi, qui omnium physiognomonum veterum scripta passim laudare ac illustrare in suis operibus sibi sumserunt, vt Scipio Claeremontius, Franciscus Porta, alii, quos tamen omnes nominare ac recensere, neque est otii, neque instituti nostri.

Misso iam Aristotele accedimus ad reliquos physiognomoniae scriptores veteres, qui quidem multis magnisque scatent mendis, tot tantisque conspurcati sunt librariorum oscitantium et ignorantium impuritatibus inquinamentisque, vt omnino Herculis opera in hoc Augiae stabulo physiognomonico repurgando

26. Vide Mart. Delrio qu. 4. p. 619.
Disquisit. magie. L. IV. c. 3.

gando ac euerrendo sit opus, Friderici Sylburgii quidem indefesso permulta debemus studio, qui bene ac egregie multa emendauit, qua quidem in re magis timiditatem laudamus, quam audaciam, quae apud multos hodiernum cum maiori literarum splendore scilicet ad summum fere fastigium et in critica arte euectum est; et sane meliora ab ipso sperare potuissemus, nisi manuscriptorum codicum penuria eius manum a plenaria medela retinuisset. Saepius interim quum nostram qualemcumque operam scriptoribus physiognomonicis dicaremus, optauimus, vt nobis tam felicibus esse contingeret, egregium illum codicem Manuscriptum nancisci, qui in Bibliotheca Vffenbachia fuit olim, et de quo nos latet penitus ad quosnam transierit. Huius quidem mentionem facit ²¹ Iohannes Georgius Schelhornius, cuius verba hic addere lubet: *Secundum Volumen*, inquit, (differit autem de codicibus MSS. Vffenbachii in epistola ad Iohannem Henricum Maium) *complectitur quatuor physiognomonicos scriptores, Polemonem, Adamantium, Melampodem et de maculis schediasma Hermannii Venii apographum, adiectis quibusdam in margine notis ac correctionibus*. Forte quorundam virorum doctorum fauore prorsus singulari aliquando fieri poterit, vt ad nostram perveniat notitiam, quemnam transportatus sit in locum

21. In commercio epistolari Vffenbachiano, vbi selecta variis observationibus illustravit ad primam sectionem commentationis de stu-

dio B. Vffenbachii Bibliothecario P. IV. n. CXLII. p. 238. editis Vlmae et Memmingae 1753. octonis.

locum codex ille, et forte etiam ad nostras manus, quo conferendo cum textu emendationes correctionesque seorsim prodire iubeamus, quod quidem ita afficiet animum nostrum, ut plane ignoremus quibus verbis talem animi propensionem praedicare et celebrare, gratiasque decentissimas agere debeamus.

Iam vero de unoquoque horum auctorum seorsim pauca sunt exponenda, ut constet qualis fuerit patria, genus, aetas, vitae ratio et adscriptionem horum operum siue potius opusculorum accessio. De Polemone quidem nihil certi afferri potest; adductis ponderatisque omnibus rationibus, quibus firmo inniti possemus, imo forte deberemus, talo, titubantes labantesque nos semper inuenimus. His tamen non obstantibus commemoremus quae de Polemonibus apud veteres exstant, eo potissimum consilio, ut cuique nostrorum lectorum sit integrum atque concessum sententiam unam vel alteram eligere, cui religiose subscribere assentiri queat merito. Plures nomine Polemonis insignitos celebratosque fuisse apud veteres, quorsum prae reliquis referri meretur ²² Polemo ille Atheniensis Philosophus, Philostrati Filius, etiam tironibus notissimus ex historia antiqua, quippe qui, quum in iuventute esset petulans, et aliquando ebrius

22. Diogenes eum multa scripsisse asserit, quod negat Suidas in hac voce. Horat. de eo; *Faciesque quod olim mutatus Polemo.* Vide Fabric. Bibl. Gr. L. III. c. 6. Vol. II. n. 24. p. 144.

us et coronatus scholam Xenocratis ingressus fuisset eius oratione de pudicitia, eleganti quidem at graui, qua tunc vñs est, ita motus est, vt lasciui vitae generi ac impudenti nuntium mitteret protinus, mutatisque moribus tantum profecit in philosophia, vt Xenocrati in schola succederet. Alius est ²³ Polemo Rhetor, cui Albertus Magnus hoc physionomicon tribuit, sed parum verisimiliter vt recte arbitratus est ²⁴ Fabricius. Alberti verba vtique digna censenda sunt, vt hic adscribantur: *vt melius scientur ea, inquit, quae dicenda sunt ponemus singulorum membrorum per se significationes, sequentes auctores magnos huiusmodi artis, Aristotelem videlicet et Auicennam, Constantinum ipsum, et ipsum quem commendat Aristoteles Philemonem. Loxum quoque et Palemonem (Polemonem) declamatorem, qui physiognomonica perfectius ceteris tradiderunt.* Meminere etiam Historici, ²⁵ Polemonis Periegetae, cognomine Helladici, genere Ilienſis, Panaetii discipuli et Timaei historici aduersarii grauissimi, et historici nobilissimi, qui aequalis fuit Aristophani Grammatico ²⁶ Alius est e Laodicea Cariae, qui Smyrnae vixit, aequalis Herodis Attici

23. In Libro I. de animalibus. Fuit alius quoque Rhetor eiusdem nominis de quo, vt et de priori, Voss. in histor. Gr. p. 119. et 404.

24. In l. c.

25. Vide Voss. l. l. Suidas testatur eum scripsisse de

origine ciuitatum, Phocidis, Ponti et Laconiae geographiam, et de cursu solis libros; posterior liber visus est quibusdam persuadere, vt ipsum pro auctore physiognomicon venditarent.

26. In Histor. Dynastiar. VI. p. 86.

tici sub Adriano Imperatore, ad quem legatus quandoque Smyrnaeorum missus, ab eo honorifice exceptus, cui ut tribuamus hunc libellum ne probabili quidem ratione adduci nos patiemur. Forte vero immutato paululum nomine is est, qui Philemon et Palaemon ex librariorum aut operarum errore nominatur, et cuius librum Syriace versum commemorat Greg. Abulpharaius, qui eum Hippocratis Medici aequalem facit. Nicolaus Petreius Corcyraeus, qui Polemonem latine vertit, eum Atticum fuisse asserit, quocum alii consentiunt, quibus tamen aduersantur ²⁷ Fabricius et ²⁸ Sylburgius firmis sane nixi argumentis; siquidem vera si essent, quae produntur, ab recentiore interpolatum ac transformatum esse huncce libellum haud iniuria concedere teneremus; dictionis videlicet impuritas, structurae orationis inconuenientia ab Attica suauitate aliena, magisque ad Asianismum propensa, et acumen ingenii et subtilitas, quae philosophum quam maxime decent, neque Attico illi defuere Polemoni, prorsus desiderantur; quid quod vocabulum *εἰδολοθύτου*, Christianum magis quam Ethnicum resipiat philosophum. Itaque in tanta rerum spissitudine totque densissimarum tenebrarum obscuritatumque inuolucris, argumentis ad veritatem tantum propius accedentibus, haudquaquam vero inuictis, est utendum. Igitur
 si

27. In Bibl. Gr. L. III. c.
 6. Vol. II. n. 24. p. 144.

28. In Praef. ad Aristot.
 Vol. VI.

si quid statuendum, cum Fabricio coniunctis viribus affirmamus, Polemonem esse antiquiorem ²⁹ Origene, eiusque ingenii foetum, prouti apud nos circumfertur, interpolatum et a manu recentiori suppositum esse, quod neque mirum nobis videri debet, quum cognouerimus male sedulos ac lucricupidos homines, suis libris, vt amicos et lectores concilient, imposuisse celebratissimorum virorum nomina, quae subsequutis temporibus tamquam poma Eridos viris literatis et antiquitatum scrutatoribus indefessis multum operae negotiique faceffere. Vnde his missis aliorumque inuestigationi penitus relictis ad certiora deueniendum est, paucaque de editori- bus, qui tamen perpauca sunt, praefanda. Primum Graece edidit ³⁰ Camillus Peruscius cum Adamantio et Melampode, ast multis vitiis contaminatos, quae tamen non Perusco, sed potius librariis infidis et negligentibus, tribuenda sunt. Deinde Frid. ³¹ Sylburgius sexto volumini operum Aristotelis a se editorum inseruit, qui Romana editione critico- que acumine in subsidium vocatis textum in- finitis

29. Locus est in Libro 1. contra Celsum, p. 26. vbi sic: 'Εάν δὲ καὶ τῶν φυσιογνομωνούντων κρατῇ, εἴ τε Ζωπύρου, εἴτε Λόξου, εἴτε ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ, εἴ τε οὐ τινός ποτ' οὖν τοιαῦτα γράψαντος, καὶ ἐπαγγεILLAμένη εἰδέναι τι θαυματὸν οἰκεῖα τοῖς ἡθροῖς τῶν ψυχῶν πάντ' ἔναι τὰ σώματα.

30. Exstat ad calcem Ae-

lianī Historiarum variarum Romae 1545. quaternis editarum, quam editionem humanissime ab Exc. Fischero ex sua Bibliotheca nobiscum communicatam grato profitemur animo.

31. Quae prodire Francofurti apud heredes Wechelios 1587. quaternis.

finitis in locis emendare atque in notis ad cal-
cem adiectis corrigere, atque verum auctoris
sensem, conferendo cum Aristotelis et Ada-
mantii libris, non solum eruere et vindicare
studuit, sed et re vera, ut nobis quidem vide-
tur, restituit; qua quidem in re in eius virtu-
tibus memoratur, quod modeste in hoc opere
perficiendo, neque haud rudi Minerva sit ver-
satus. Criticam quoque Polemoni et Ada-
mantio adiicere voluit manum ³² Iohannes
Meursius, a quo sane, graecarum enim litera-
rum erat amantissimus atque doctissimus, mul-
tae atque admodum egregiae fuissent exspe-
ctandae emendationes et animaduersiones,
quarum aliquot exhibuit ³³ specimina, nisi
morte interceptus his, priuati essemus. Lati-
ne autem versum habemus Polemonem ³⁴ Ni-

b 2

co-

32. Haec ipse profitetur
in Spicilegio ad Theocritum
p. 170. his verbis: *Osten-
dam id, quum aliquando vi-
tam et otium suppeditet Deus,
utrumque illum auctorem ab
innumeris mendis vindicatum
publice dabo.*

33. Vide Adamant. Nostr.
p. 433. n. 3. Alia observa-
tio spectat ad Polem. L. I.
c. 8. p. 248. quam tum non
addidimus, quum nobis non
ad manus esset Meursius,
quamque, ut lectores intelli-
gant, qualis futura fuisset
editio Meursii, hic inserimus.
Sic vero scribit in Spicil. p.
2. *Polemon quoque Physio-*

*gnomon naso iracundiae in-
dicium inesse tradit: 'Πινθε
τὸ ἄκρον λεπτόν ὑπάρχον ἐπι-
ξέειν τοῦ ἀνδρός ὀργὴν σημαίνει.*
At Heraclides in Allegoriis
cor eius sedem statuit, "Ὅτι
μὲν δ' θυμὸς εἴληχε τὸν ὑπο καρ-
δίαν χώρον, δ' Ὀδυσσεὺς τοῦτο
ποιήσει σαφές ἐν τῇ κατὰ μνηστή-
ρων ὀργῇ, καθάπερ οἶκόν τινα τῆς
μισοπονηρίας θυροκρουσῶν τὴν
καρδίαν, Στῆθος δὲ πλήξας κρα-
δίην ἠνίπατο μύθῳ, Τέτλαθε
δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο-
κοτ' ἔτλης. 'Αφ' ἧς γὰρ αἱ θυ-
μικαὶ ῥέουσι πηγαί, πρὸς ταύ-
την ὁ λόγος ἀποκλίνων.

34. Edita est haec versio
coniunctim cum Meletii et
Hip.

colao Petreio Coreyraeo debemus, quam omnibus reliquis subsidiis destitutus vna cum Romana editione in eruenda et vindicanda vera Polemonis adhibuit lectione ³⁵ Sylburgius, docens simul et versiones sua non esse defraudandas vtilitate, quid quod ipsarum ope loci deprauati egregie restituti sunt. Nobis vero, quod dolemus quam maxime, huius versionis, cuius summa est raritas, non est facta copia. Praeter hos ³⁶ Scipio Claraemontius et Franciscus Porta multa ex Polemone reliquisque physiognomonibus in suos transtulerunt libros, eaque vberius explicarunt, alios vt taceam, qui, quod fieri solet plerumque, quodque nequaquam improbandum, sed potius laudandum esse arbitramur, si laudatis auctorum nominibus quibus nostra ex parte debemus, suum cuique tribuatur; his auctoribus in subsidium vocatis libris suis euentiam, claritatem, splendorem ac certitudinem maiorem, cum auctoritatis grauitate coniunctam, conciliare studuerunt.

Adamantii vero historia qualis fuerit, quove vixerit tempore, argumentis tantum veritati propius accedentibus potest euinci, quum certis ac indubitatis destituimur plane. Verissimum interim est, eum Polemone multo iunior, eiusque Paraphrasten esse, quod ³⁷ ipse disertis

Hippocratis de structura hominis libello, Dioclis epistola de tuenda valetudine ad Antigonom Regem, et Melampodis de naevis li-

bro, Venetiis 1552. quaternis.

35. Vide Sylb. in praef.

36. Vide supra.

37. L. c. p. 314.

disertis indicat verbis. Vulgo vocatur Sophista, non quidem vulgari et trito, sed eminentiori sensu scilicet, quippe qui verae et genuinae sapientiae dici meretur professor; suumque Constantio Imperatori, illi scilicet ex opinione ³⁸ Fabricii, qui Placidiam Honorii uxorem duxit, de quo ³⁹ Sozomenus, qui asserti veritatem firmat, fusius agit, inscripsit librum. Verum eum fuisse gente Iudaeum *ἰατρικῶν λόγων σοφιστὴν* ⁴⁰ Socrates tradidit, qui Attici Episcopi Constantinopolitani tempore Alexandriam se conferens, ibi Christianam amplexatus religionem commoratus est. Praeter librum Physiognomonicon etiam alii libri Adamantii nomen prae se ferentes commemorantur apud veteres. ⁴¹ Scholiastes siquidem Hesiodi librum *περὶ ἀνέμων* laudat, qui liber de ventis etiam in codice manu exarato Bibliothecae Regis Christianismi teste ⁴² Labbeo exstat, qua quoque codex MSS. ⁴³ de ponderibus et mensuris asseruatur. Adamantius ille, quem saepius laudat ⁴⁴ Aetius pro vno
b 3 codem-

38. Vide l. c. p. 171. Not. g.
39. In historia eccles. L. IX. c. 16.
40. In histor. eccles. L. VII. c. 13.
41. ad Theogoniam p. 209.
42. Vide Bibliothecam nouam MSS. cod. 1213. p. III.
43. Bibl. l. l. p. 123. et Fabric. Bibl. Gr. l. l.
44. Vide Tetr. I. Serm.

eodemque a ⁴⁵ Marfilio Cognato cum nostro habetur, et cuius fragmenta Hispaniae in Bibliotheca Regia S. Laurentii asseruari etiamnum ⁴⁶ Ciaconius commemoravit. Neque ⁴⁷ Oribasius silentio praetermisit Adamantii medicamina, commendans ipsius remedium ad alopecias et medicamentum ad ulcera phagedaenica, an vero cum Adamantino vnus idemque sit Adamantius ego haud facile dixerim, quamquam is lapsus familiaris ac solennis esse soleat, vt librarii aut operae ex negligentia, aut potius pleonasmō, literam n. aut aliam addiderint inseruerintue. Sed properamus ad editiones. Iam non monemus eum cum reliquis exstare, quod semel affirmauimus, seorsim eum editum esse Lutetiis Parisiorum apud ⁴⁸ Iohannem Neobarium cum versione ⁴⁹ Iani Cornarii, viri in interpretandis et vertendis veteribus auctoribus versatissimi laboriosissimique, cuius quidem vt et Parisiensis editionis summa est raritas, vt ignoremus penitus forte quonam in angulo pulvere conspurcatae ac rectae lateant. Hunc tamen defectum, qui nos sane tristissimos reddidisset

⁴⁵. In Variarum Observationum L. IV. c. 17. cos ex ed. H. Stephani, p. 39 et 40.

⁴⁶. Vide eius Bibliothecam, pag. 18. edit. Kappii in fol. ⁴⁸. Anno 1556. octonis, et antea Basileae 1544. octonis.

⁴⁷. In Synopseos ad Eustachium filium L. III. de emplastrorum et trochiscorum compositionibus. Vide Artis med. Principes medi- ⁴⁹. Vide Ciaconium in Bibl. p. 18. qui tamen quam maxime dolet ab haeretico Adamantium esse versum. En piam simplicitatem!

didisset, suppleuit egregie ⁵⁰ Sylburgius, cui Parisiensis editio cum Cornarii versione non solum in conferendo ad manus fuit, sed qui etiam codice manuscripto usus est, quem Bononia Pompilius Amasaeus ad illum transmissit. Francogallice primum per ⁵¹ Iohannem Bonam et deinde interprete puero duodecennali ⁵² Henrico Bouuino de Vauroy, qui Adamantium et Melampodem veste francogallica prodire iussit indutos, editus et Purpurato ecclesiae Romanae ⁵³ Richelieu dicatus est. Neque Teutones, populares nostri, ut plurimum Francogallos imitantes, sua laude defraudandi sunt, qui pro pruritu vertendi omnibus fere temporibus, pectora et manus ipsorum infestante, et ⁵⁴ Adamantium teutonice versum ex studio nimio commodis publicis inferuendi, et molestias cum literis tractandis arctissimo vinculo iunctas leniendi, prostare voluerunt. Vnde officinae vertendis libris a sapientissimis magistris conditae, et vndequaque prostantes, ut sartae tectaeque et hodiernum feruentur, quo breuiori via ad Mineruae atria et templa accedere desideramus, orandum est.

At Melampus restat, cuius ut mentionem quoque iniiciamus necessitas rei exigere videtur, praeprimis quum plures occurrunt huius nominis viri, qui in literarum studiis ex-

b 4

cellere

⁵⁰. In Praef. ad Aristot.
Opp. T. VI.

⁵¹. Parisiis 1556. octonis.

⁵². Parisiis 1656. octonis.

⁵³. Vide Fabric. l. c.

⁵⁴. In Trifolio Physiognomonico, quod Norimbergae prodit.

cellere visi sunt. Antiquissimus, nisi omnia me fallunt, est ille Melampus, Amythaonis et Dorippes filius, ab ⁵⁵ Homero laudatus, qui augurio claruit, omniumque avium ceterorumque animalium voces novit ac intellexit. Eum medicum praestantissimum fuisse, cui templum aedificatum est, festa solennia et sacrificia fuere statuta ⁵⁶ Pausanias refert. Iuuit Biantem in auferendis bobus ⁵⁷ Iphiclo, quos ille Neleo restituit, cuius beneficii memor Neleus ipsi filiam suam Pero dictam matrimonio iunxit. Filias quoque Proeti ⁵⁸ furiis agitatae sanitati mentis restituit, quarum vnam Iphianassam cognomine coniugem accepit. Haec paulo verbosius prosequuti sumus, ut appareat facile error ⁵⁹ Ludouici Septalii Mediolanensis, Melampodem hunc auctorem horum librorum, qui eius nomine circumferuntur, asserentis. Communem causam facit cum Septalio ⁶⁰ Nicolaus Petreius Corcyraeus, a Sylburgio ut mihi videtur optime refutatus. Neque

55. In Odyss. L. XV. v. 226.

56. L. I. c. 28.

57. Vide Homer. Odyss. XIII. v. 370. et Propert. El. III. 2. sq. *Turria processus vates est vineta Melampus, Cognitus Iphicli surripuisse boves. Quem non lucra, magis Pero formosa coegit, Mox Amytharaca nupta futura domino*

58. V. Virgil. Georg. L. III. v. 549 sqq. *Cessere magistri*

Phillyrides Chiron, Amythaeusque Melampus et Tibullus ad Messalam: Insignem famam sanctoque Melampode cretum Thiodamanta volunt.

59. in Libello de naeuis.

60. Vide Fabric. in praefat. saepius laudata. Cf. et Sotionis Paradoxa, ubi sic: *ἐνθα Μελάμπους λουσάμενος λύσσης Προϊτίδας ἀργαλέης, etc.* Vide Aristot. Opp. Sylb. T. VI. p. 125.

Neque ⁶¹ Tzetzae fides est habenda Melampodem istum Hesiodo antiquiorem facientis; neque is esse videtur quem praecepta symmetriarum literis consignasse prodidit ⁶² Vitruvius. Etenim si ⁶³ Fabricio fides habenda est, ut est reuera, longe iunior est Melampus noster, qui sub Ptolemaeo Philadelpho vixit. Eius nomine circumferuntur scripta ⁶⁴ *περὶ τεράτων καὶ σημείων καὶ μυῶν*, porro *μαντικὴ περὶ παλμῶν* et denique *περὶ ἐλαιῶν τοῦ σώματος*, sed stilus suspicione haud leui horum librorum videtur laborare ⁶⁵ Sylburgio: nam multo recentior esse et magis ad Turcicam barbariem, quam ad Graecorum venustatem accedere videtur. Neque res ipsae probantur Sylburgio, quia maiori ex parte nec *ιερογραμματέως* grauitati, nec regiae maiestati satis conueniunt, quid quod et ipse titulus, in quo Melampus *ιερογραμματεὺς* appellatur non satis conueniens censendus est, et quod *τὴν περὶ παλμῶν μαντικὴν* inscripserit Ptolemaeo. Sit quidquid sit, hoc tamen certum est et extra omnis dubitationis positum aleam, auctorem huius libelli superstitiosas fouisse opiniones in toto opusculo undequaue sparsas, iisque temporibus editum, quibus barbaries et superstitio verae eruditioni vltimum dixerit vale. His tamen non obstantibus seponendum hunc libellum nequaquam existimamus, quum ex eo disci possit

b 5 fit

61. ad Hesiod. p. 180. ed. Heinss.

62. In Praef. Lib. VII.

63. Bibl. Gr. T. I. L. I. c. 15. p. 97.

64. Vide Artemidor. Oneirocrit. L. III. c. 28.

65. Vide praefation.

fit quam labe erroribusque homines suae infecti fuerint aetatis, quibus sanandis prudentissimi doctissimique viri sese minime fenserint pares. Restat Melampus Grammaticus, cuius scholia in Dionysium Thracem manu exarata exstare in variis Bibliothecis asserit⁶⁶ Fabricius, quemque laudat aequè⁶⁷ Tzetzes ad Lycophronem. Neque sicco quod aiunt pede praetereundus Melampus Ithagenis filius, quem inter maiores Homeri refert Herodotus, siue alius quis scriptor in Poetae vita. Ad editiones quod attinet, primum Graece cum reliquis physiognomoniae scriptoribus edidit supra laudatus Camillus Peruscius, ut et Fridericus Sylburgius. In latinam linguam transtulit⁶⁸ Nicolaus Petreius, et ante eum Augustinus⁶⁹ Niphus, qui libellum de saltibus et tremoribus suis de auguriis libris inferendum curavit. Mihi vero hanc versionem inspicienti planum factum est, multa loca vel omissa esse sedulo, vel in exemplo Niphi illa non exstuisse. Graece et latine quoque libellum de naevis edidit⁷⁰ Claudius Martinus Laurendierius, et tandem Francogallice⁷¹ Henricus de

66. l. l. p. 99.

67. v. 31.

68. Quae translatio adiecta est Meletio et Hippocrati de natura humana etc. de quo iam supra.

69. Prodiit Basl. 1534. quaternis, quae rara admodum editio nuper fuit in Bibliotheca Walchia Ienae ven-

tilata. Exstat in Thes. Antiqq. Graevii Tom. V. p. 330 sqq.

70. Prodiit cum Hieron. Cardani Metoposcopia Paris. 1685. in fol.

71. Exstat cum reliquis physiognomonicis scr. in libello supra laudato.

de Bouvin de Vauroyus, et Germanice auctor
 72 Trifolii Chiromantico phyfiognomonici.

Vix opus esse videtur, vt moneamus, quid in hac editione curanda adornandaque data opera praestare apud nos constitueramus, nobis siquidem consilium fuit, horis nostris subsecivis quantum fieri posset mendis repurgandis expungendisque nostrum qualecumque studium dicare, atque hos ipsos phyfiognomones ea via, quam Fridericus Sylburgius ingressus est, conferendo nimirum inter sese, emendare, ita tamen, vt audaciam quae interdum plus sibi quam aequum arrogat, cane peius ac angue fugeremus, adeoque multa intacta relinqueremus loca, quae vltiori inquisitioni doctiorum virorum magis permitenda, quam illotis quod aiunt manibus ipsi apprehendenda esse conspurcandaque arbitrati sumus. Ceterum id potissimum curavimus, vt animadversionibus, quas Sylburgii doctissimis adiecimus annotationibus, suo nomine in hac etiam editione insignitis, aliorum auctorum effatis facem praeferre lucemque si non plenariam, aliquam saltem super illos diffunderemus, qua quidem in re si nostro consilio responderit euentus, laetabimur maxime. Ornamentum autem maximum huic editioni accessit emendationibus doctissimis ac observationibus Viri Celebratissimi ac Doctissimi, Illustris Danielis Guilielmi Trilleri, Senis Veneran-

72. Editum cum Ioh. Symmetria corporis hum. Notis. Elsholzii L. de Sym- rimb. 1695. octonis.

nerandi, Patroni Maximi, quem vt Deus ter optimus maximus per longam annorum feriem in incrementum rei literariae, artis medicae et graecarum literarum, rebus humanis interesse iubeat precamur ex animo. Exemplar enim Melampodis ab Illustri Grunero cum reliquis ad nos transmissum continebat egregias notas a manu Magni Trilleri profectas, quas non solum adiciere, et vt facile in oculos incurrerent, asterisco nobis notare placuit, sed etiam hoc nomine officii mei ratio exigit hoc, vt tanto Viro, cuius fauore ne vlllo quidem excidere cupio tempore, gratum meum testificer animum publice, cui vt et Grunero Illustri, Patrono venerando res meas meque ipsum ita commendo ac trado, vt maiori qua passim modo ignorem penitus. Praeterea triplici quoque Indice locupletare hos auctores volumus, vt eos consulere, atque illa oracula physiognomonica adire atque ex aureo illo tripode, cui ferreus et ligneus subsequutis temporibus ab aliis physiognomonibus substitutus est, responsa percipere queant. Quum autem sentiam nihil humani a me alienum esse, meque saepissime ob ingenii exiguitatem viriumque imbecillitatem esse lapsum et in deuia abductum, rogatos cupio lectores aequos, vt mihi veniam ignoscendo concedant, omniaque aequi bonique consulere velint. Scrips. Lipsiae ex Musco nostro ipsis Kalendis Martii. A. R. S. cııııccclxxx.

I.
ARISTOTELIS PHYSIOGNOMNICON .
CAPITA

I. Probat physiognomoniam esse: hoc est, coniecturam de moribus ex lineamentis corporis fieri posse. Deinde physiognomoniae modos explicat	3
II. Physiognomoniam circa quae versetur: et ex quibus generibus signa accipiantur	20
III. Signa affectionum animi sigillatim	35
IV. De signis particulariter	62
V. Distinctio maris et feminae ad physiognomoniam	71
VI. De electione signorum in hominibus	88

II.
POLEMONIS PHYSIOGNOMNICON
LIBRI I CAPITA

I. Prooemium	169
II. De capite	178
III. De coloribus et capillis	180
IV. De fronte	186
V. De pilis	189
VI. De oculis	194
VII. De auribus	239
VIII. De nasibus	240
IX. De respiratione	243
X. De malis atque facie	247
XI. De ore	250
XII. De voce	252
XIII. De mentis	256
XIV. De labiis	258
XV. De collo	259
XVI.	

XXX

XVI. De pharynge	264
XVII. De humeris	266
XVIII. De manibus	267
XIX. De pectore	269
XX. De metaphreno	270
XXI. De gibbositate	272
XXII. De lateribus, ventre, genubus, lumbis et cruribus	273
XXIII. De digitis	279

Descriptiones formarum humanarum ex ipsius Polemonis Physiognomonicis

LIBRI II CAPITA

I. De fortis forma	282
II. De forma timidi	284
III. De forma ingeniosi	285
IV. Insensati signa	286
V. Impudentis signa	287
VI. Moderati signa	288
VII. Animosi signa	288
VIII. Inanimosi signa	289
IX. Signa androgyni	290
X. Signa amari	291
XI. Signa mansueti	291
XII. Reprehensor aliorum et contraria cogitans	292
XIII. Signa auari	293
XIV. De stulte malitiosis	294
XV. Iracundi signa	298
XVI. Amatorum contumeliarum signa	299
XVII. Signa luxuriosi	300
XVIII. Loquacis signa	301
XIX. Somnolenti signa	302
XX. Invidi signa	302
XXI. Petulantis signa	302
XXII. Timidi signa	303
XXIII. Signa rathymi	303
XXIV. Signa amantis	306
XXV. Meretrices	307
XXVI. De eunuchis	308
XXVII. De palustribus	309
	III.

III.

ADAMANTII PHYSIOGNOMICON

LIBRI I CAPITA

I. Prooemium	313
II. De oculis humidis	325
III. De oculis intentis	329
IV. De oculis mobilibus	331
V. De oculis caesis	334
VI. De oculis volubilibus huc et illuc	340
VII. De oculis variegatis	341
VIII. De oculis cauis	346
IX. De oculis eminentibus	347
X. De oculis palpitantibus	350
XI. De oculis tenebricosis	351
XII. De oculis egregie splendidis	353
XIII. De oculis nitentibus	353
XIV. De oculis ridentibus	356
XV. De oculis austeris	358
XVI. De oculis claudentibus et conniuentibus	360
XVII. De oculis explicatis	362
XVIII. De oculis conniuentibus et non conniuentibus	364
XIX. De vesiculis oculorum	365
XX. De oculis acutis	367

LIBRI II CAPITA

I. Prooemium	368
II. De eunuchis ex natiuitate	376
III. De vnguibus	377
IV. De digitis	378
V. De pedibus	379
VI. De malleolis	380
VII. De cruribus et femoribus	381
VIII. De genubus et lumbis	382
IX. De coxa	383
X. De dorso	383
XI. De gibbositate	384
XII. De lateribus et ventre	384
XIII. De pectore, mammis et praecordiis	385
XIV. De clauibus et humeris	387
XV.	

XXXII

XV. De brachiis et cubitis ac extremitatibus manuum	388
XVI. De collo	391
XVII. De mentis et labiis	396
XVIII. De naso	400
XIX. De fronte	402
XX. De malis atque facie	404
XXI. De auribus	406
XXII. De capite	407
XXIII. De coloribus et capillis	408
XXIV. De forma Graeca	412
XXV. De colore	413
XXVI. De pilis	417
XXVII. De motu	421
XXVIII. De respiratione, loquela et voce	427. 429
XXIX. De formis hominum	432
XXX. Forma fortis	433
XXXI. Forma timidi	434
XXXII. Forma ingeniosi	435
XXXIII. Forma insensati	436
XXXIV. Forma impudentis	437
XXXV. Forma moderati	438
XXXVI. Forma animosi	438
XXXVII. Forma inanimosi	439
XXXVIII. Forma androgyni	440
XXXIX. Forma amari	441
XL. Forma mansueti	441
XLI. Forma reprehensoris	442
XLII. Forma auari	443
XLIII. Forma aleae studiosi	443
XLIV. De urbano et agresti	444
XLV. Forma stulte malitiosi	446
XLVI. Conclusio	448

IV. MELAMPODIS

ex palpitationibus diuinationis.

Secundum singula corporis membra Liber 451

MELAMPODIS

Diuinationis ex naevis corporis.

Secundum omnes totius corporis partes 501

I. ARI.

I

ARISTOTELIS
PHYSIOGNOMNICON
GRAECE ET LATINE.

APPENDIX

OF THE

1791

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

OF THE

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

Ἰ ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΙΚΑ.

² Κ Ε Φ. α.

³ Ὅτι φυσιογνωμονεῖν ἐστὶ, καὶ πῶς.

⁴ Ὅτι ⁵ αἱ διάνοιαι ⁶ ἔπονται τοῖς σώμασι, καὶ οὐκ εἰσὶν αὐτὰ ἡ καθ' ἑαυτὰς ἀπαθείς οὕσαι τῶν τοῦ σώμα-

C A P. I.

Probat Physiognomoniam esse: hoc est, coniecturam de moribus, ex lineamentis corporis fieri posse. Deinde Physiognomoniae modos explicat.

Quod animae sequuntur corpora, et ipsae secundum se ipsas non sunt impassibiles a mo-

I. Φυσιογνωμονικὰ) Leonici, Isingrinii, et Camotii edd. habent Φυσιογνωμικὰ. Sed quum in ipso textus principio legatur: Οἱ μὲν οὖν προγεννημένοι ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΕΣ et κατὰ τρεῖς τρόπους ἐπεχείρησαν ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΕΙΝ, ego in titulo quoque Φυσιογνωμονικὰ scribere haud quaquam dubitavi. Sylb. Consentiant edd. Du Vallii, Aurel. Allobrog., aliae, Auerroes autem φυσιογνωμικὰ et quaedam vulgg. tuentur, minus recte. Auerroi tamen hunc errorem non tribuimus, sed potius librariis et operis, quum in inscriptionibus capitum et textu phy-

siognomoniam semper retineat. Et Diogenes Laertius in Aristotele, L. V. S. 25. etiam Φυσιογνωμονικῶν scribit, et ipsa res veritatem huius firmat lectionis, philosophi enim est, philosophorum more scribere. Iam veto φυσιογνωμονικὰ significat librum, qui nos de naturarum cognitione ac diiudicatione instruit, qui artem physiognomonicam tradit; ipsa autem ars φυσιογνωμονία, siue φυσιογνωμοσύνη dicitur. Igitur omnes illi minus accurate loquuti sunt, φυσιογνωμίαν et φυσιογνωμικὴν huic voci substituentes. Aperte enim aduersus graecae linguae genium peccant,

σώματος κινήσεων, 7 τοῦτο (δὲ) δῆλον (πάνυ) γίνε-
ται, ἐν τε ταῖς μέθαις, καὶ (ἐν ταῖς) ἀρρώστιας.
Πολύ

tibus corporis, id manifestum fit valde in
ebrietatibus et aegritudinibus. Multum nam-

physiognomiam et *physiogno-
mica* scribentes, et si in qui-
busdam locis scriptorum
hanc lectionem reperiamus,
illam tamen pro vera recipe-
re minime possumus, quum
sit reputanda pro falsa, atque
inepta, ex correctorum, libra-
riorum, atque operarum er-
roribus orta. Cf. Vossius de
vitiis sermonis L. III. c. 34.
Hunc quoque errorem erra-
uit Cel. Lauaterus in Reliqq.
physiogn. P. I. fragm. 2. p.
13. et aliis in locis. Ceterum
de auctore libri aliqua ex
parte ambigit Fr. Sanchez, in
Com. p. 35. priorem quidem
operis partem omnino sti-
lum redolere Aristotelis do-
cendi methodum, ac graui-
tatem, iure quidem asserit, at
vero secunda, quae incipit
a c. 7. multoque magis a c.
8. usque ad finem, non adeo
secure eius auctoris dici de-
bere ipsi videtur. Cui quo-
que sententiae aliquo sub-
scribit modo Auerroes. Tom.
VII. p. 283. b. partes quas-
dam non inueniens in trans-
latione antiqua, ideoque a
recentiori manu Graeco
textui additas coniiciens,

De quibus suo loco no-
bis erit differendi opportu-
nitas.

2. ΚΕΦ. 4.) Distinctio hu-
ius operis in capita non est
in Aldina illa luculenta ed.
at Sylburgius, Du Vallius,
alii, hanc assumerunt. Auer-
roes tamen aliam distinctio-
nem admisit, aliaque capi-
tum inscriptiones, quas suis
locis breuiter indicabimus.

3. "Ὅτι φυσιογνωμονεῖν etc.)
Neque capitum inscriptiones
reperiuntur apud Aldum,
alios, nos eas, vt et quam-
plurimi editores, ex Du Val-
lii transcripsimus editione.
Auerroes habet: *Physiogno-
monicam scientiam reperiri.*

4. "Ὅτι αἱ διανοίαι) Princi-
pium tractatus huius, citatur
a Stobaeo in Eclogg. Physic.
L. I. p. 88. sed scriptura in
quibusdam diuersa. Primum
enim ibi pro articulo αἱ legi-
tur coniunctio καὶ, vt etiam in
Leonici et Hingrinii edi-
tione. Deinde pro σώμασιν
ibidem est ἀνθρώποις: minus
conuenienter. Interpres sa-
ne tum articulum αἱ, tum no-
men σώμασι cum vulgg. edi-
tionibus agnoscit; Quod ani-

Πολὺ γὰρ ἐξαλλάττουσαι φαίνονται αἱ διάνοιαι
ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος παθημάτων. Καὶ τούναν-
τίον δὴ τοῖς τῆς ψυχῆς παθήμασι τὸ σῶμα
συμπά-

que animae mutatae videntur a passionibus
corporis. Et e contrario quod corpus com-
patitur passionibus animae, manifestum circa

A 3

mae sequantur corpora. *Sylb.* αἱ διάνοιαι hoc loco in vniuer-
sum animum notant com-
prehendentem ac regentem
vires (δυνάμεις) ceteras, quod
ex opposito σώμασι apparet.
Itaque a praeceptore suo
Platone dissentire videtur,
qui in Sophist. p. 167. dicit :
διάνοια μὲν (ἐστὶ) αὐτῆς πρὸς
ἑαυτὴν ψυχῆς διάλογος, quique
adeo tres specie distinctas
animas constituit, diuersis
quoque in locis degentes,
videlicet λογιστικὸν seu ἡγεμο-
νικὸν, ratione praeditam et
principem in cerebro, θυ-
μοειδὲς, irascibilem in corde,
ἐπιθυμητικὸν concupiscibilem
in hepate collocans. Sic quo-
que Suidas Tom. I. p. 617.
διάνοιαν pro animi facultate
sumit, sic enim : τὸ λογικὸν καὶ
ἡγεμονικὸν μέρος τῆς ψυχῆς διαι-
ρεῖται εἰς νοῦν, διάνοιαν, δόξαν.

5. Ἔπονται τοῖς σώμασι)
Sequuntur corpora. Ergo
mutuum esse commercium
animum inter et corpus,
agnouere veteres Vnde
ipse Aristot. de Animal. L.
I. c. 1. et 4. actiones et pas-

siones omnes animalium to-
ti tribuit composito, ita ta-
men, vt aliae ab animo, aliae
a corpore producantur. Ne-
que hoc latuit Galenum, qui
et re, et verbis declarauit
idem in peculiari libello, in-
scripto : ἔτι τὰ τῆς ψυχῆς ἥδη
ἔπεται τῇ τοῦ σώματος κρᾶσει,
et in L. περὶ τῶν ἀμαρτημάτων
καὶ πάθων τῆς ψυχῆς. Prae-
terea legi merentur, quae
ad Aristot. locum docte dis-
ferit Franc. Sanchez in
Comm. p. 35.

6. Καθ' ἑαυτὰς) Vulgg. editt.
habent, μεθ' ἑαυτὰς : mihi καθ'
ἑαυτὰς cum Stobaeo et inter-
prete magis placuit. *Sylb.*
Aldina quoque μεθ' ἑαυτὰς
retinet. Facile autem prae-
positiones κατὰ, μετὰ, παρὰ, πε-
ρὶ inter se permutari a libra-
riis atque operis, norunt
propemodum omnes.

7. Τοῦτο (δὲ) δῆλον (πά-
ν) etc.) Inclusa, δὲ et πάνυ
absunt ab eodem Stobaeo ;
itidemque seqq. v. (ἐν ταῖς).
Sylb. In quamplurimis editt.
haec verba vncinis inclusa
sunt, et nos eas sumus se-

⁸ συμπάσχον, Φανερόν γίνεται περί τε τοὺς ἔρωτας, καὶ τοὺς φόβους ⁹ (τε), καὶ τὰς λύπας, καὶ τὰς ἡδονάς. Ἔτι δὲ ἐν τοῖς φύσει γινομένοις, μᾶλλον ἄν τις ¹⁰ συνίδοι ὡς οὕτως ἔχει πρὸς ἀλλήλα σῶμά τε καὶ ψυχὴν ¹¹ συμφυῇ, ὡς τε τῶν πλείων ἀλλήλοις αἰτία γίνεσθαι παθημάτων. ¹² Οὐδὲν γὰρ πώποτε ζῶον

amores, et timores, et tristitias, et delectationes. Amplius autem et in iis, quae natura fiunt, magis utique aliquis conspiciet, quod corpus et anima ita se habent connaturalia, ut fiant causae plurimarum passionum ad invicem. Nunquam enim animal factum, vel

quuti, in Aldina autem nude posita reperiuntur.

8. Συμπάσχον) Stobaeus habet συμπάσχειν: et mox Φανερόν ἐστὶ περὶ etc. Sylb. περί τε τοὺς etc. artic. τοὺς deest in Aldina.

9. Τε) Inclusa partic. τε abest ab eodem Stobaeo. Sylb.

10. Συνίδοι) Stobaeus συνίδοι ὅτι οὕτως ἔχει. Sylb.

11. Συμφυῇ) Summam, ni fallor, animum inter et corpus conspirationem hac voce Arist. indicat, et unicuique animo suum esse adaptatum assignatumque corpus, cuius membris tanquam organis atque instrumentis, in agendo utatur, statuit.

12. Οὐδὲν γὰρ πώποτε ζῶον etc.) Stobaeus, οὐδὲν γὰρ που ζῶον, et sq. εἶδος ἑσχατέ τι ζ. Sylb. Consentit cum Arist.

Galenus de usu part. L. I. ab initio. Et Aristot. suam sententiam explicat de Anima l. 4. t. 53. Δοκεῖ γὰρ ἕκαστον ἴδιον ἔχειν εἶδος καὶ μορφήν, παρακλήσιον δὲ λέγουσιν, ὡς περ εἴ τις φαίη, τὴν τεκτονικὴν εἰς αὐλοὺς ἐνδύεσθαι. Δεῖ γὰρ τὴν μὲν τέχνην χρῆσθαι τοῖς ὀργάνοις: τὴν δὲ ψυχὴν τῷ σώματι. Rationi conveniens est unamquamque rem habere formam, et speciem propriam. Dicunt vero illi perinde, ac si quis dicat, artem aedificatoriam ingredi in tibus. Necessse enim est, artem quidem uti instrumentis suis, animam autem corpore. Sanchez iam animadvertit in suo Com. Aristotelem Pythagoreorum μετεμψύχωσιν refutare, quocum consentit Casp. Hoffmann. in Com. ad Gal. de usu part. p. 6.

ζῶον γεγένηται τοιοῦτον, ὃ τὸ μὲν εἶδος ἔσχευ ἑτέρου ζώου, τὴν δὲ διάνοιαν ἄλλου. Ἀλλ' αἰεὶ τοῦ αὐτοῦ τό τε σῶμα ¹³ καὶ τὴν ψυχὴν. Ὡς τε ἀναγκαῖον, ἔπεσθαι τῷ τοιῷδε σώματι τοίανδε ¹⁴ διάθεσιν. Ἔτι δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων, οἱ περὶ ἑκάστον ἐπιστήμονες, ¹⁵ ἐκ τῆς ιδίας δύνανται θεωρεῖν, ἵππικοί τε ἵππους, καὶ ¹⁶ κυνηγέται κύνας. ¹⁷ Εἰ δὲ ταῦτα

generatum est tale, quod formam haberet alterius animalis, animam vero alterius, sed semper eiusdem corpus et animam. Quare necessarium est, consequitali corpori talem formam. Amplius autem et scientes circa unumquodque animalium ex forma possunt considerare: equites, equos; et venatores, canes.

A 4

13. Καὶ τὴν ψυχὴν) Stobaeus nominatio casu, καὶ ἡ ψυχὴ, et mox ὡς pro ὥς τε. Sylb.

14. Διάθεσιν) Stobaeus habet τοίανδε διάνοιαν. Interpretis versio, *talem formam*, accedit ad vulg. lectionem. Sylb. Magis placet Stobaei lectio, sententiae Aristotelis accommodatior. Supra enim dixerat εἶδος, nullamque inter has voces agnovit differentiam, quae tamen alias intercedit, quod de Philosopho vix asserendum.

15. Ἐκ τῆς ιδίας) Rectius ἐκ τῆς ιδίας, ut cum Stobaeo interpretis quoque habet, *ex forma*. Sylb. Sic quoque Aldus dat. Si *ιδίας* legendum, tunc μορφῆς, vel διαθέσεως vel simile quid subintelligendum.

16. Κυνηγέται κύνας) Vulgatam scripturam, κυνηγέται κύνας agnoscit etiam interpretes, *et venatores canes*. Stobaeus habet κυνηγετικοί θήρας. Sylb. Utraque lectio ferri potest, nam venatores et ferarum, et canum naturam cognitam habere debent, cf. Xenoph. et Arrian. de Venat. LL.

17. Εἰ δὲ ταῦτα ἀληθῆ εἴη etc.) Haec clausula apud Stobaeum sic exarata est: εἰ δὲ ταῦτα ἀληθῆ εἴη, ἀληθῆς εἴη ἢ φυσιογνωμονία. In Organismo quoque, Analyticorum priorum L. II. c. ult. philosophus docet, an e physiognomoniam possint duci argumenta, et quo modo: quod caput huius libri breue

ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, (ἀεὶ δὲ ταῦτα ἀληθῆ ἐστίν,) ¹⁸ εἶναι ἂν Φυσιогνωμονεῖν. ¹⁹ Οἱ μὲν οὖν προγεγενη-
 μένοι Φυσιогνώμονες, κατὰ τρεῖς τρόπους ἐπεχείρη-
 σαν Φυσιогνωμονεῖν, ἕκαστος καθ' ἓνα. ²⁰ Οἱ μὲν
 γὰρ, ἐκ τῶν γενῶν τῶν ζώων Φυσιогνωμονοῦσι, τιθέ-
 μενοι

Si autem haec vera fuerint, semper autem
 haec vera sunt, erit fane ars quaeprimam phy-
 siognomoniae. Itaque priores physiogno-
 mones iuxta tres modos adgressi sunt hanc
 disciplinam, quique iuxta vnum. Alii qui-
 dem ex generibus animalium physiogno-

est quoddam compendium.
 Sylb. Du Vallius in Opp.
 Arist. marginē annotavit,
 Stobaei lectionem esse quo-
 que cod. MS.

18. Εἶναι ἂν φυσιогνωμονεῖν)
 Itaque huc vsque declaravit
 Aristotēles, dari vtique phy-
 siognomoniam. Tribus ar-
 gumentis vsus, 1) quod ani-
 mae conpatiantur corpori-
 bus, et v. v. 2) quod cognat-
 io tanta sit inter animam et
 corpus, vt unicuique animae
 suum sit assignatum corpus.
 3) quod arte de hominum
 moribus iudicium ferre va-
 leamus, quum hoc in aliis
 animalibus fiat.

19. Οἱ μὲν οὖν) Auerroes
 capituli II. initium hic facit,
 cum epigraphe: *Priores tri-
 bus modis Physiognomoniam
 speculasse, ac tradidisse, non
 tamen perfecte.*

20. Οἱ μὲν γὰρ etc.) Quum
 veterum libri, ex quibus hae
 opiniones sunt desumptae,
 non existent, paulo diffici-
 lior explicatio horum verbo-
 rum esse videtur. Fr. San-
 chez tamen in Com. p. 37.
 felici coniectura difficulta-
 tem hanc tollere studuit,
 hoc modo: *Primi Physiogno-
 mones, inquit, ita agebant:
 a quolibet animalium genere
 signa, in quibus omnes spe-
 cies conueniebant, extrabe-
 bant, et sic ideam quamdam
 ex his signis sibi finge-
 bant: item et animae speciem:
 ad quae conferebant homines phy-
 siognomonizandos: et secun-
 dum signa animalis, quae in
 iis inueniebantur, iudicabant
 de moribus physiognomoniza-
 ti.* Quam sententiam refu-
 tauit Herm. Follinus in *Spe-
 culo naturae* hum. c. III. p. 5.

μενοι καθ' ἑκάστων γένος, εἰδός τι ζώου καὶ ²¹ διάνοιαν.
²² Οἱ δ' ἐπὶ τε τῶν τοιούτων σῶμά τι, εἴτα τὸν ὅμοιον
 τῷ τὸ σῶμα ἔχοντι, καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοίαν ὑπελάμ-
 βανον. ²³ Ἄλλοι δέ τινες, τοῦτο μὲν ἐποιοῦν, οὐκ

ἐξ

nizant, ponentes secundum vnumquodque
 genus figuram quamdam animalis, et speciei
 animam. Alii autem in talibus corpori simi-
 lem habenti corpus, et animam similem puta-
 bant. Alii autem quidam hoc quidem facie-

A 5

21. Καὶ διάνοιαν) Aldus
 habet διανοίας, deceptus a
 praecedente ζώον. Sed pro-
 cul dubio vox quaedam sub-
 intelligenda est, quod et
 quamplurimi interpretum
 intellexisse videntur, vocem
 speciei addentes.

22. Οἱ δ' ἐπὶ τε τῶν τοιού-
 των σῶματι, etc.) Cam. οἱ δ',
 ἐπὶ τούτοις σῶμά τι, εἴτα τὸν
 ὅμοιον τῷ σῶματι σῶμα ἔχοντα.
 Interpr. Alii autem in tali-
 bus corpori simile habenti cor-
 pus, etiam animam similem
 putabant. Sylb. Sic quoque
 hunc locum corrigendum
 censet Sanchez, vt ita stet
 constructio: Alii autem in ta-
 libus, animalium scilicet et ho-
 minum collatione, homini ha-
 benti corpus simile corpori ani-
 malis alicuius, et similem ani-
 mam adesse putabant. Quod
 si legatur: corpori similem
 habenti corpus, etc. non pot-
 est intelligi, quid sibi velit.
 Ergo tota sententia eo redit:

*In quocumque hominis corpo-
 re talis forma apparet, qualis
 in posita forma externa spe-
 ciei unius animalis est, talis
 in eodem anima, (hoc est, ta-
 libus moribus praedita) qua-
 lis est animalis illius, adest.*
 Discussit quoque hanc sen-
 tentiam Herm. Follius in
 Spec. nat. hum. c. IV. p. 8.

23. Ἄλλοι δέ τινες) Ter-
 tius hic est modus, quo cogni-
 ta cuiusque nationis forma,
 cognitisque moribus, de quo-
 quo etiam homine iuxta has
 formas iudicare valemus. Ae-
 ris temperies, regionum cli-
 ma, temperamentum natio-
 nis, mutationes utique quas-
 dam in homine producant, et
 sic ex imitandi studio aliae
 formae, alique mores, in-
 terdum oriuntur. Vide Hip-
 pocr. de aere, aquis, et lo-
 cis Sect. III. p. 78. versus fi-
 nem libri: Εὐρέσεις γὰρ, in-
 quit, ἐπὶ τὸ πλεῖστον τῆς χώρας
 τῇ φύσει ἀκολουθοῦντα καὶ εἰδέα

ἐξ ἀπάντων δὲ τῶν ζώων ἐδοκίμαζον· ἀλλ' ἐξ αὐ-
τοῦ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, διελόμενοι κατὰ τὰ
ἔθνη, ²⁴ ὅσα διέφερε τὰς ὕψεις, καὶ τὰ ἦθη, οἷον
²⁵ Αἰγύπτιοι, καὶ Θρᾷκες, καὶ Σκύθαι, ὁμοίως τὴν
ἐκλο-

bant, non ex omnibus autem animalibus
experiebantur, sed distinguebant ex ipso ge-
nere hominum secundum gentes, quaecun-
que differunt secundum visus, et mores: ut
Aegyptii, et Thraces, et Scythae, similiter

τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς τρόπους.
*Magna enim ex parte homi-
num formas, et mores, regio-
nis naturam imitari reperias.*

24. Ὅσα διέφερε τὰς ὕψεις,
καὶ τὰ ἦθη etc.) Optime haec
illustrantur ex Hippocrate,
de aere, locis, et aquis Sect.
III. p. 71. Πολὺ γὰρ καλλίονα
καὶ μέζονα πάντα γίγνεται ἐν
τῇ Ἀσίᾳ, ἢ τε χώρα τῆς χώρας
ἡμερωτέρῃ, καὶ τὰ ἔθνη τῶν ἀν-
θρώπων ἡπιώτερα, καὶ ἐνεργό-
τερα. *Longe enim pulcriora
et maiora omnia in Asia gi-
guuntur, regioque ipsa hac
nostra mitior, et hominum
mores humaniores et benignio-
res. Cuius rei rationem tem-
pestatum anni temperatu-
ram affert. Et paulo post:
Τοὺς τε ἀνθρώπους εὐτραφεῖς εἴ-
ναι, καὶ τὰ εἶδεα καλλίστους, καὶ
μεγέθη μεγίστους. Hominesque
habiliores esse, formaque prae-
stantes, et magnitudinis exi-
miae, formaque et corporum
proceritate non admodum in-*

ter se dissimiles. Tandem sic
concludit: Τὰ δὲ ἔθνη ταῦ-
τα, ταυτῇ διάφορᾳ αὐτὰ ἐωυτέ-
ων μᾶλλον ἐσι τῶν προδιηγημέ-
νων, διὰ τὰς μεταβολὰς τῶν
ὥρέων, καὶ τῆς χώρας τὴν φύσιν.
*Atque hae quidem gentes, cum
propter anni tempestatum mu-
tationes, ium ob regionis na-
turam, longe magis inter se
differunt, quam quae ante
sunt enarratae.*

25. Οἷον Αἰγύπτιοι etc.) No-
tata dignus est locus de his
apud Hippocr. l. c. p. 74.
Postquam enim harum gen-
tium mores commemorave-
rat, sic dicit: Περὶ τε τῶν
ὥρέων καὶ τῆς μορφῆς, ὅτι πολὺ
ἀπῆλλακται τῶν λοιπῶν ἀνθρώ-
πων τὸ Σκυθικὸν γένος, καὶ εἰσι-
κεν αὐτὸ ἐωυτέῳ, ὥσπερ τὸ Αἰ-
γύπτιον, καὶ ἡκιστα πολύγονον
ἐστίν. *Simulque de anni tempo-
ribus (scil. haecenus dictum
est) quodque Scythica gens
forma multum a reliquis ho-
minibus diuersa est, sibi ipsi*

ἐκλογὴν τῶν σημείων ²⁶ ἐποιοῦντο. Οἱ δὲ τινες ἐκ
 τῶν ²⁷ ἐπιφαινομένων ἡθῶν, οἷα διαθέσει ἔπειτα
 ἕκαστον ἡθος τῷ ὀργιζομένῳ, τῷ φοβουμένῳ, τῷ
 ἀφροδισιάζοντι, καὶ τῶν ἄλλων δὴ παθημάτων
 ἐκά-

electionem signorum faciebant. Quidam au-
 tem ex moribus apparentibus, quales mores
 dispositionem sequantur. Sequitur autem
 unicuique mos, iracundo, timido, coeunti,
 et in vna quaque aliarum passionum. Est

*similis, non secus ac Aegyptii. Minime foecundum est hoc
 hominum genus, etc. Qui
 vero plura desiderat, adeat
 Euphormionem in Icon.
 anim. de moribus ac tempe-
 ramentis diuersarum natio-
 num.*

26. Ἐποιοῦντο) Vulgg. ἐπισῶν-
 τι, minus recte, forte ex ope-
 rarum negligentia.

27. Ἐκ τῶν ἐπιφαινομένων
 ἡθῶν) Male Auerroes et in-
 terpres: ex moribus a paren-
 tibus, quem sequutus est bo-
 na fide Sanchez in Com. ad
 h. l. p. 38. et forte alii, Ari-
 stotelem tantum, vti inter-
 dum fieri solet, interpretan-
 tes ex latina translatione.
 Sed omnes libri impressi,
 quotquot vidi, habent ἐπιφαι-
 νομένων, apparentibus, et vix
 mihi persuadere possum quo-
 modo loco ἐπιφ. γονεῶν legi
 posset. Nihilo tamen minus
 fertile ingenium Criticorum

quorundam huius interpre-
 tationis praesidium inuenit
 in illo Horatii L. IV. od. 4.
 v. 29. sqq. Fortes creantur for-
 tibus, et bonis est in iuuen-
 cis, est in equis patrum Vir-
 tus, nec imbellem feroces Pro-
 generant aquilae columbam.
 Audacter hac de causa sic
 pronunciat Sanchez l. I.
 Textum ergo sic exponito:
 Quidam autem ex moribus,
 hoc est, de lineamentis corpo-
 ris externis, a parentibus de
 liberis iudicant, quales mores
 dispositionem sequantur. Sa-
 tis quidem vere et ingenio-
 se, sed non ex sententia
 graeci textus satis accurate
 haec dicta sunt. Vnde quo-
 que quartus modus, quem
 tribus superioribus occulte
 additum censet Sanchez,
 sumto scilicet a parentibus
 ad iudicandum de liberis,
 purum putum figmentum
 est, de quo ne cogitauit
 quidem Aristoteles.

ἐκάσῳ. ²⁸ Ἔστι δὲ κατὰ πάντας τούτους τοὺς τρό-
πους Φυσιογνωμονεῖν, καὶ ἔτι κατ' ἄλλους, καὶ τὴν
ἐκλογὴν τῶν σημείων ἀνομοίως ποιῆσθαι. Οἱ μὲν
οὖν κατὰ τὰ ἥθη μόνον Φυσιογνωμονοῦντες, ²⁹ ἀμαρ-
τάνουσιν ἂν, πρῶτον μὲν, ὅτι ἔνιοι οὐχ οἱ αὐτοὶ ὄν-
τες, ³⁰ τὰ ἐπὶ τῶν προσώπων ἥθη τὰ αὐτὰ ἔχουσιν·
οἷον ὁ, τε ἀνδρείος καὶ ὁ ἀναιδὴς τὰ αὐτὰ ἔχουσι,
τὰς διανοίας πολὺ ³¹ κεχωρισμένοι. Δεύτερον δέ,
ὅτι

autem secundum omnes modos hoc phy-
siognomonizare. Et adhuc secundum alios
et electionem signorum dissimiliter fieri. Hi
quidem igitur iuxta mores solum physiogno-
monizant: primum quidem, quod quidam
non iidem quum sint, mores, qui in facie,
eosdem habent, ut fortis et inuerecundus
eosdem habent, animabus, vel intellectibus
multum separantur. Secundo autem, quod

28. Ἔστι δὲ etc.) Iam mutilam
et inanem ternariam illam rati-
onem physiognomonizandi
veterum fuisse Ar. docet.

29. Ἀμαρτάνουσιν) Hoc ver-
bum ex Cam. edit. additum
est: sequens ἂν, videtur ex-
pungendum, velut otiosum:
Sylb. Neque ἀμαρτάνουσιν
agnoscit Auerroes, neque le-
gitur in Aldina edit. aliis-
que. Forte fuit glossēma in
margine, quod postea in
textum irrepsit.

30. Τὰ ἐπὶ τῶν προσώπων
ἥθη) Vel subintelligendum
γεγραμμένα, vel τὰ ἥθη possi-

tum est pro τὰ τῶν ἥθων σημεία,
sive γράμματα, quidquid ti-
bi placuerit, sensus manet
idem.

31. Κεχωρισμένοι) Verbum
hoc satis accommodate usur-
patum est, de separatione,
et de vinculi, quod interce-
dit inter animum et corpus,
solutione saepe adhibetur.
Potestas huius verbi inter-
dum aliis adiectis vocibus
declaratur, sic Plato in Phae-
done, p. 254. n. 45. ed.
Cel. Fischeri, νῦν δ' ὅτι ἀπάρ-
χεται καὶ χωρίζεται ἕτερον ἀφ'
ἑτέρου.

ὅτι κατὰ χρόνους τινὰς τὰ ἥθη οὐ τὰ αὐτὰ, ἀλλὰ
 ἑτέρων ἔχουσι. 32 Δυσανίοις τε γὰρ οὖσιν, ἐνίοτε
 συνέβη τὴν ἡμέραν ἡδέως διαγαγεῖν, καὶ τὸ ἥθος
 λαβεῖν τὸ τοῦ εὐθύμου· καὶ τὸναντίον εὐθυμον
 λυπηθῆναι, ὥς τε τὸ ἥθος τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου,
 μεταβαλεῖν. Ἔτι πρὸς τούτοις περὶ ὀλίγων ἂν τις
 τοῖς ἐπιφαινομένοις τεκμαίροιτο. Οἱ δὲ 33 ἐκ τῶν
 θηρίων Φυσιογνωμονοῦντες, οὐκ ὀρθῶς τὴν ἐκλογὴν
 τῶν

secundum quaedam tempora, mores non
 eosdem, sed aliorum habent: tristibus enim
 existentibus, quandoque contingit diem de-
 lectabiliter ducere, et morem accipere, qui
 est hilaris: et e contrario hilarem contristari,
 ut mos, qui erat in facie, permutetur. Adhuc
 cum his, de paucis utique semper apparen-
 tibus coniecturam quis accipiat. Qui autem
 ex feris physiognomonizant, non recte ele-
 ctionem signorum faciunt: non enim est uti-

32. Δυσανίοις) Eandem, quam hic obtinet haec vox significationem, tribuit illi quoque Hipp. Ep. L. III. S. III. p. 169. cui *δυσανίος* dicitur, qui vilibus de rebus multum stoma-
 machatur, et de magnis rebus plus ceteris mortalibus, diutiusque. Galenus in Glos. *ἀνιαρὸς καὶ σκυθρωπὸς*. Quamquam tamen tristibus interdum contingit hilaritatis specie celari animi moerorem, quaedam tamen remanent signa tristitiae. Itaque vera sunt, quae Tibullus L.

III. El. VI. v. 33. cecinit: *Heu mihi difficile est imitari gaudia falsa, Difficile est tristi fingere mente iocum.*

33. Ἐκ τῶν θηρίων) Antiquissimam hanc fere fuisse artis physiognomonicae faciem inde patet, quod ferarum more antiquitus viverent homines, et sese ipsis assimilarent, de quibus Lucretius L. V. v. 929. sq. *Multaque per caelum solis voluentia lustra Volgiuago vitam tractabant more ferarum.*

τῶν σημείων ποιῶνται. Οὐ γὰρ δὴ ἐκάστου τῶν
ζώων τὴν ιδέαν διεξελεθόντα ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ὅς ἂν
ὅμοιος τούτῳ τὸ σῶμα ἦ, καὶ τὴν ψυχὴν ὅμοιος ἔσται.
Πρῶτον μὲν γὰρ (ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν οὕτως) ὅμοιον
θηρίῳ ἄνθρωπον οὐδεὶς ἂν εὖροι, ἀλλ' 34 προσσει-
κότα μὲν τι. Ἔτι πρὸς τούτοις τὰ ζῶα ὀλίγα μὲν
τὰ ἴδια ἔχει σημεῖα, πολλὰ δὲ τὰ κοινά. Ὡς
τε ἐπειδὴν ὁμοίός τις ἦ, μὴ κατὰ 35 τὸ ἴδιον, ἀλλὰ
κατὰ τὸ κοινόν, τί μᾶλλον οὗτος 36 λέοντι, ἢ ἐλάφῳ,
ὁμοιότερος; εἰκὸς γὰρ τὰ μὲν ἴδια τῶν σημείων, ἰδίον

τι

que dicere percurrentem formam vniuscuius-
que animalium, quod quicumque vni similis
huic corpore erit, et anima similis erit. Pri-
mum enim, vt simpliciter dicam, nullus vtique
videbit hominem ita similem bestiae, sed assi-
milantem in aliquo. Adhuc autem cum his,
animalia pauca quaedam propria habent signa,
multa vero communia. Quare si quis similis
fuerit non secundum proprium, sed secun-
dum commune aliquid, quo pacto magis iste
leoni, quam ceruo, similior dicetur? Merito
enim propria signa proprium quid significare,

34. Προσεικότα) *Assimi-*
lantem, recte interpretes. Nam
nemo hominum feris in vni-
uersum similis deprehendi-
tur, neque ipsi homines in-
ter se, sed semper, si in quam-
plurimis signis corpori im-
pressis, et moribus conue-
niunt, in quibusdam tamen
differunt.

35. Τὸ ἴδιον) Hoc est, pro-
prium sibi ac peculiare, quo

quis ab aliis probe potest
diagnosci.

36. Λέοντι) Pro vulgato
λέγοιτο probat cum Cam. et-
iam interpretes, leoni quam
ceruo similior. Sylb. Sic quo-
que Auerroes, at Aldina cum
vulgg. λέγοιτο tuetur, quae
si admittenda est lectio, par-
ticula ἢ abesse debet, quae
tamen in Aldina et vulgg.
addita est.

τι σημαίνειν; τὰ δὲ κοινὰ, κοινόν. 37 Τὰ μὲν οὖν κοινὰ τῶν σημείων, οὐδὲν ἂν διασαφηνεῖν τῷ Φυσιогνωμοῦντι. Εἰ δέ τις τὰ ἴδια ἐκάστου τῶν θηρίων ἐκλέξειεν, οὐκ ἂν ἔχοι ἀποδοῦναι οὗ ἐστὶ ταῦτα σημεία, εἰκὸς γὰρ τοῦ ἰδίου. 38 Ἰδίον δὲ οὐδενὸς οὐδ' ἐν τῶν ζώων τῶν Φυσιогνωμονουμένων, ἐν γε τῇ διανοίᾳ ἔχοι ἂν τις λαβεῖν. Οὔτε γὰρ ἀνδρείον μόνον ὁ λέων ἐστίν, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλά. Οὔτε δειλὸν ὁ λαγὼς, ἀλλὰ καὶ ἄλλα μυρία. Εἰ οὖν μήτε τὰ κοινὰ σημεία ἐκλέξαντι σαφὴς γίνεται, μήτε καὶ τὰ ἴδια, οὐκ ἂν εἴη καθ' ἕκαστον τῶν ζώων
σκέπτε-

communia autem commune. Communia ergo signa nihil utique manifestabunt physiognomizanti. Si autem aliquis propria vniuscuiusque ferarum elegerit, non utique habebit assignare, cuius haec sunt signa. Merito enim proprii proprium. Nihil autem proprium animalium physiognomizatorum, in anima habebit utique aliquis accipere: neque enim forte solum leo est, sed alia multa: neque timidum lepus, sed et alia infinita. Si ergo neque communia eligenti manifestum aliquid fit, neque secundum propria, non utique erit vnumquodque animalium adspicere, sed ex

37. Τὰ μὲν οὖν κοινὰ etc.) Contrariam sententiam adversus Aristotelem probat Sanchez in Com. p. 41. Communia enim signa nobis manifestant, quae volumus.

38. Ἰδίον etc.) Sanchez in Com. p. 41. asserit, vix inue-

niri quaedam propria signa, et proprias facultates; quia rerum naturas et proprias vires ignoramus. Verum an ignoratio haec sit satis sufficiens, haud facile dixerim.

σκέπτεσθαι. 39 Ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπων τὴν ἐκλογὴν ποιητέον τῶν τὸ αὐτὸ 40 πάθος πασχόντων. οἷον, ἂν μὲν ἀνδρείου ἐπισκοπῇ τις τὰ σημεῖα, τὰ ἀνδρεία τῶν ζώων εἰς ἓν λαβόντα δεῖ ἐξετάσαι, ποῖα παθήματα τούτοις μὲν ἅπασιν ὑπάρχει, τῶν δὲ ἄλλων ζώων οὐδενὶ 41 συμβέβηκεν. 42 Εἰ γὰρ οὕτω
τις

hominibus electionem facere oportet patientibus eandem passionem: ut si fortis inspiciat aliquis signa, fortia animalium in vnum accipientem oportet perscrutari, quae passiones his quidem omnibus insunt, aliorum autem animalium nulli accidant. Si enim ita

39. Ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπων) Errorem in codice suspicatur Sanchez in Com. p. 41. atque pro ἐξ ἀνθρώπων, legendum coniicit ἐξ ἁπάντων, alias enim hoc repugnare ipsi videtur cum praecedentibus, tum etiam sequentibus. Siquidem arbitratur, videri Aristotelem hic velle, ut ex solis hominibus eandem passionem habentibus ad alios signa capiamus, et transferamus. Tunc ergo, inquit, sensus erit: ut non ex vno genere animalium signorum collectionem tantum faciamus, sed ex omnibus eandem passionem patientibus. Atque sic optime cohaeret sententia cum dictis et dicendis postea.

40. Πάθος πασχόντων) Haec loquendi formula Atticis-

mum sapit, sicuti plurimae aliae, v. c. νόσον νοσεῖν, μαλιν μάλινεσθαι, ἄρχειν ἀρχᾶς, γαμεῖν γάμον, quae passim occurrunt. Nostrium non est disquirere, an hae loquendi formulae, etiam Orienti notae, per Cadmum ad Atticos transferint.

41. Συμβέβηκεν) Aldus dat συμβέβηκε absque v. ἐφελλ. male.

42. Εἰ γὰρ οὕτω etc.) Hunc locum satis esse obscurum ac inuolutum iam Sanchez in Com. p. 41. observavit. Atque sibi hoc velle videtur Aristoteles, ut, si signa fortitudinis colligere velimus, respiciamus, ne animalia, a quibus haec signa trahimus, habeant passionem aliquam communem, praeter fortitudinem. Si

τις ἐκλέξειεν, ὅτι ταῦτά ἐστι τὰ σημεῖα ἀνδρείας τοῖς προκριθεῖσι ζώοις, μὴ μόνον ἀνδρείας κοινὸν ὑπάρχειν παθήματα τῶν (43 ἐν) τῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἄλλό τι. Οὕτω δ' ἂν ἀπορήσεις πότερον ἀνδρείας ἢ θατέρου τὰ σημεῖά ἐστιν. Ἀλλὰ δεῖ ἐκ πλείων τε ἐκλέγεσθαι ζώων, 44 καὶ μηδὲν πάθος κοινόν

quis elegerit, quod eadem sunt signa fortitudinis, praedictis animalibus non solum fortitudinis communem inesse passionem eorum, quae sunt in intellectu, sed et alia quaedam, sic utique dubitabit, utrum fortitudinis, aut alterius signa sint. Sed oportet ex pluribus eligi animalibus, et non habentibus ullam

enim illis etiam esset communis, verbi gratia, luxus, dubitamus an signa illa luxum, an fortitudinem denotarent. Mihi quidem locus sic refingendus, medicaque manu sanandus, ut statimam, Aristotelem de rebus duabus sibi inuicem oppositis loquutum, iisdemque verbis usum fuisse, quarum una sententia ex incuria librariorum, quum iisdem verbis inciperet, quod saepe fit, omissa est. Forte sic scripsit Aristoteles: Εἰ γὰρ οὕτω τις ἐκλέξειεν, ὅτε ταῦτά ἐστι τὰ σημεῖα ἀνδρείας τοῖς προκριθεῖσι ζώοις, μόνον ἀνδρείας κοινὸν ὑπάρχειν παθήματα τῶν ἐν τῇ διανοίᾳ, οὕτω δὲ μὴ ἀπορήσεις. Εἰ δ' οὕτω τις ἐκλέξειεν

ὅτι ταῦτά ἐστι τὰ σημεῖα ἀνδρείας τοῖς προκριθεῖσι ζώοις, μὴ μόνον ἀνδρείας κοινὸν ὑπάρχειν παθήματα τῶν ἐν τῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι. Οὕτω etc.

43. Ἐν) Inclusum, e sequentibus additum, ubi ἐν bis τῇ διανοίᾳ iungitur. Expressit etiam Interpres, *passionem eorum, quae sunt in intellectu.* Sylb. Expressit quoque Auerroes, at in Aldina deest.

44. Καὶ μηδὲν πάθος, etc.) Haec verba sic παραφράζει Sanchez in Com. p. 42. non habentibus passionem ullam aliam manifestam, praeter unam, cuius signa quaerimus. Satis bene, et sensui accommodate.

κοινὸν ἔχόντων ἐν τῇ διανοίᾳ ἄλλό τι, οὗ ἂν τὰ ση-
μεῖα σκοπῇ. Ὅσα μὲν οὖν τῶν σημείων μόνιμά
ἔστι, μόνιμον ἂν τι καὶ σημαίνοι. Ὅσα δὲ ⁴⁵ ἐπιγι-
νόμενα, καὶ ἀπογινόμενά τε καὶ ἀπολείποντα, πῶς
ἂν τὸ σημεῖον ἀληθὲς εἴη, τοῦ ἐν τῇ διανοίᾳ μὴ μέ-
νοντος· εἰ μὲν γὰρ μόνιμον, ἐπιγινόμενόν τε καὶ ἀπο-
λείπον σημεῖόν τις ὑπολάβοι, ἐνδέχοιτο μὲν ἂν αὐτὸ
ἀληθὲς εἶναι, οὐ μὲν ἐπιεικὲς ἂν εἴη, μὴ αἰεὶ τῷ
πράγματι παρεπόμενον. Ὅσα δὲ παθήματα ἐγ-
γινόμενα τῇ ψυχῇ μηδέν τι ἐνδιαλλάττει τὰ ση-
μεῖα τὰ ἐν τῷ σώματι, οἷς χρῆται ὁ Φυσιολόγος,
οὐκ ἂν εἴη τὰ τοιαῦτα γνωρίσματα τῇ τέχνῃ. Οἷον
τὰ

passionem communem manifestam, cuius uti-
que signa respicias. Quaecumque itaque signo-
rum mansiva sunt, aliquid mansivum signant.
Quae autem adveniunt, atque discedunt, et
deficiunt, quomodo utique signum verum
erit non manentis in anima? Si quidem enim
mansivum adveniens, et deficiens signum quis
fufcipiet: contingeret utique ipsum quidem
verum esse, non tamen conveniens, si non
perpetuo sequatur rem. Quaecumque autem
passiones factae in anima non in aliquo per-
mutant signa, quae sunt in corpore, quibus
utitur physiognomon, non erunt huiusmodi
cognitiones arti: ut quae sunt circa oppo-

45. Ἐπιγινόμενα) Aldus dat autem, aliunde assumpta et
ἐπιγινόμενα Distinguit hic ad tempus tantum duratura
Aristoteles inter signa per- dici possunt v. c. quae ori-
manentia, et transeuntia. untur ab vehementia affe-
Permanencia etiam insita ctuum et transeuntium dis-
siue naturalia, transeuntia positionum.

τὰ ⁴⁶ περὶ τὰς δόξας, καὶ τὰς ἐπισήμας, ⁴⁷ ἱατρὸν
ἢ κιθαριστὴν οὐκ ἐνδέχεται γινώσκειν. Ὁ γὰρ μαθὼν
⁴⁸ ὅ, τι ⁴⁹ μάθημα, οὐδὲν ἐξήλλαξε τῶν σημείων,
οἷς χρῆται ὁ Φυσιογνώμων.

ΚΕΦ.

fitiones, et scientias, medicum, aut citharoedum non contingit cognoscere. Nam addiscens aliquam disciplinam, nullam mutat signorum, quibus utitur physiognomon.

B 2

46. Περὶ τὰς δόξας) Interpr. circa *oppositiones*, paulo obscurius. Auerroes circa *opiniones*. Malle, circa dogmata, siue axiomata, aut eiusmodi propositiones evidentes, quae axiomatum loco esse possunt. Vide Aristot. Metaph. L. III. c. 3.

47. Ἱατρὸν ἢ κιθαριστὴν) Vulgg. edit. nominatio casu habent ἱατρὸς ἢ κιθαριστής, sed accusativum casum et orationis structurae lex requirit, et probat etiam Interpres: *medicum aut citharoedum non contingit cognoscere*. Sylb. Aldus habet ἱατρὸν ἢ κιθαριστήν, certe ex operarum negligentia.

48. Ὁ, τι) Ifing. margo legendum notat μαθὼν τι μά-

θημα, vel μαθὼν δτισὲν μάθημα, quarum lectionum priorem sequutus interpres vertit: *nam addiscens aliquam disciplinam, nullum mutat signorum, quibus utitur physiognomon*. Sylb. Aldus et Sylburg. coniunctim legit, sed Du Vallius ὅ, τι diuisim, quam nos quoque tamquam genuinam praeferimus.

49. Μάθημα) Verum quidem est, signa quaedam ex doctrina et arte accedere, quam discimus, sed haec sunt quoque aliunde assumpta, et quia ex vitae genere proficiscuntur, recte *signa diaeretica* dici possunt. Sic v. c. mathematicum, Iurisconsultum etc. ut plurimum frons prodit.

Κ Ε Φ. Β'.

1. Περὶ α' ἐστὶν ἡ Φυσιγνωμονία, καὶ ἐξ ὧν γενῶν τὰ σημεῖα λαμβάνεται.

2. Δεῖ δὲ οὖν ὀρίσασθαι περὶ ποῖα ἅττα ἐστὶν ἡ Φυσιγνωμονία, ἐπειδὴ οὐ περὶ πάντα καὶ ἐκ τίνων ἕκαστα σημεῖα λαμβάνεται. Ἐπειτ' ἐφεξῆς καθ' ἓν ἕκαστον περὶ τῶν ἐπιφανεσέρων δηλώσασθαι. Ἡ μὲν οὖν 3 Φυσιγνωμονία ἐστὶ, καθάπερ καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς λέγει, περὶ τὰ Φυσικὰ παθήματα τῶν ἐν τῇ 4 δια-
νοίᾳ,

C A P. II.

Physiognomoniam circa quae versetur: et ex quibus generibus signa accipiantur.

Oportet ergo determinare circa qualia quaedam est physiognomoniam, quoniam non circa omnia, et ex quibus singula signa accipiuntur: deinde consequenter de manifestissimis circa unumquodque manifestare. Physiognomoniam ergo est, sicut et nomen ipsius dicit, de naturalibus passionibus, quae sunt in ani-

1. Περὶ α' etc.) Hic quoque Cap. II. apud Auerroem incipit, qui ita inscribit: *Quid sit physiognomoniam, et ex quibus generibus signa in unumquodque accipiuntur.*

2. Δεῖ δὲ οὖν) Cam. δὴ οὖν. Sylb.

3. Φυσιγνωμονία) Hanc definitionem, ut a Philosopho suppeditatur, veram censemus, eamque artem alio nomine Peucer. de diuin. p. 574. *physiologiam manticam* appel-

lat, nec iniuria, nam naturam humanam, eiusque ductus atque impulsus considerat, ad felices euentus, ac prosperos, aut contrarios, praesensionem suae, et vim futura praesagiendi; *mantica* autem dicitur, quia ex signis, interiori rerum naturae consentientibus, praedicat.

4. Διανοία) Vide supra ad C. I. obs. 4. p. 4. Ergo versatur primo circa affectiones naturales harum trium de-

νοία, ⁵ καὶ τῶν ἐπικτήτων, ὅσα παραγινόμενα με-
 θίστησι τῶν σημείων τῶν Φυσιογνωμονουμένων. Ὅποια
 δὲ ταῦτα ἔσιν, ὕπερον δηλωθήσεται. Ἐξ ὧν δὲ
 γένων τὰ σημεία ⁶ λαμβάνεται, νῦν ἐρῶ, καὶ ἔσιν
 ἅπαντα. ⁷ Ἐκ τε γὰρ τῶν κινήσεων Φυσιογνωμο-
 νοῦσι, καὶ ἐκ τῶν σχημάτων, καὶ ἐκ τῶν χρωμάτων,
 καὶ ἐκ τῶν ἡθῶν, τῶν ἐπὶ τοῦ προσώπου ἐμφαινομέ-
 νων, καὶ ἐκ τῶν τριχωμάτων, καὶ ἐκ τῆς λειότητος,
 καὶ

ma, et accidentibus, quaecumque adueniunt,
 et transmutant signa physiognomizata. Qua-
 lia autem haec sint, posterius declarabitur.
 Nunc autem dicam, ex quibus generibus signa
 accipiantur, et sint omnia. Ex motibus enim
 physiognomizant, et ex figuris, et colori-
 bus, et ex moribus apparentibus in facie, et
 ex leuitate, et ex voce, et ex carne, et ex par-

B 3

scriptarum loc. cit. virium
 animi

5. Καὶ τῶν ἐπικτήτων etc.)
 Optime Peucerus l. l. p. 604
 sic explicat: deque adsciti-
 tiis, et acquisitis, aut con-
 suetudine contractis, quae na-
 turales aut frangunt, vel
 emolliunt, vel limant, poli-
 untque, aut exasperant, et
 acuiunt, aut prorsus immu-
 tant, et abolent. Huc re-
 ferri potest praesagium Zo-
 pyri de Socrate, quo stu-
 pidum et hardum eum pro-
 nunciauit, quod iugula con-
 caua non haberet, obtru-
 ctas eas partes et obduratas
 esse dixit, addidit etiam

mulierosum. Cui Socrates
 respondit: Non erras, hu-
 iusmodi enim natura essem,
 nisi naturam philosophia su-
 perasset. V Cicero de Fato c. 5.

6. Λαμβάνεται, νῦν ἐρῶ) In-
 terpres hanc verborum stru-
 cturam habet: λαμβάνεται καὶ
 ἔσιν ἅπαντα, e quibus generi-
 bus accipiantur, et sint omnia.
 Syllb.

7. Ἐκ τε γὰρ.) Iam recen-
 set fontes et loca, ex quibus
 signa morum et propensio-
 num colliguntur, quae com-
 memorare iam nostrum non
 est, quum nobis otium fe-
 cerit Herm. Follius in Spe-
 culo nat. hum. c. 7.

καὶ ἐκ τῆς Φωνῆς, καὶ ἐκ τῆς σαρκὸς, καὶ ἐκ τῶν
μερῶν, καὶ τοῦ ⁸ τύπου ὅλου τοῦ σώματος. Καθό-
λου μὲν οὖν τοιαῦτά ἐστιν, ἃ λέγουσιν αἱ Φυσιογνώμο-
νες περὶ ὅλων τῶν γενῶν σημεία. Εἰ μὲν οὖν ἀσαφὴς,
ἢ μὴ εὖσημος ἦν ἡ τοιαύτη διέξοδος, ἀπέχρησεν αὐ-
τὰ εἰρημέναι. Νυνὶ δ' ὅσως βέλτιόν ἐστι καὶ ἕκαστον
περὶ πάντων, ⁹ ὅσα ἐπιφανῆ παρὰ τῶν Φυσιογνώ-
μονου-

tibus, et ex figura totius corporis. Vniuersa-
liter quidem huiusmodi sunt, quae dicunt phy-
siognomones de omnibus generibus signa. Si-
quidem igitur immanifestus, aut non designa-
tius foret talis transitus, sufficiebant praedi-
cta. Nunc autem fortasse melius est vnum-
quodque de singulis, quaecumque manifesta

8. Καὶ τοῦ τύπου ὅλου τοῦ σώμα-
τος) Ex tota corporis nempe
dispositione et figura, quor-
um quoque referri debet
diuersitas partium, et situs
illarum: quae autem capi-
untur ex locis eminentissi-
mis corporis, ea firmiora
sunt. Veteres autem di-
stinguebant totius corporis
fabricam in quatuor regio-
nes, nempe a summo capi-
te vsque ad pectus, in qua
primus locus debetur ocu-
lis, secundus fronti, tertius
reliquis faciei partibus. In
secundo loco collocantur
partes pectoris a capite in-
fimo vsque ad imum ven-
trem. Tertius locus assigna-

tus cruribus et pedibus, vn-
de Podoscopia originem du-
xit, de qua videndus Jo-
hannes ab Artis in peculia-
ri libello, de admirandis pe-
dum. Par. 1619. Quartus au-
tem ventri imo. Ex qui-
bus omnibus locis physio-
gnomoniam suas diuinationes
petit.

9) Ὅσα ἐπιφανῆ παρὰ etc.)
Interpres pro παρὰ videtur
legisse περὶ seu ἐπὶ: quaecum-
que manifesta de physiogno-
monizatis. Sylb. Et sic quo-
que Auerroes: quaecumque
manifesta sunt ab his, quae
physiognomonizauimus, ex-
actius explanare, dicentes
etc.

μονουμένων, ἀκριβέστερον Φράσαι, τὰ τε σημεῖα
λέγοντα, οἷά τ' ἐστὶν ἕκαστα (¹⁰ καὶ ἐπὶ τὶ) ἀνα-
Φέρεται, ὅσα μὴ ἐν τοῖς προειρημένοις δεδήλω-
ται. ¹¹ Αἱ μὲν οὖν ¹² χροιαὶ σημαίνουσιν, αἱ μὲν
¹³ ὀξείαι,

de physiognomizatis, certius explanare, enu-
merantem cuiusmodi signa referantur ad sin-
gula, quaecumque scilicet ex praedictis ma-
nifesta non fuere. Colores ergo significant,

B 4

10. Καὶ ἐπὶ τὶ) Includa
καὶ ἐπὶ τὶ ex Hing. marg.
addita, exprimit etiam In-
pres: cuiusmodi signa refe-
rantur ad singula. Sylb. Sic
et Auerroes, at in Aldina
desunt penitus haec verba.

11. Αἱ μὲν οὖν) Latina edi-
dio habet hic nouam se-
ctionem, cum peculiari ti-
tulo, De coloribus. Sylb.
Auerroes etiam III. inchoat
caput, cum inscriptione: quo
praeco per unumquodque dicto-
rum generum signa accipian-
tur.

12. Χροια) In coloribus
cutis spectanda est et origo,
et mutatio. Omnis coloris
origo ex humoribus dedu-
cenda, qualis enim humor,
talis color, sic enim Hip-
pocr. de humoribus ab ini-
tio: τὸ χρώμα τῶν χυμῶν, ὅκου
μὴ ἀμπατίς ἐστὶ τῶν χυμῶν, ὥσπερ
ἀνδρώϊ, humorum color, nisi
ii ad profunda corporis se
receperint, velut in cute efflo-

rescens conspicitur. Muta-
tiones autem colorum con-
tingunt, partim a sanguine
secundum Hippocr. de ossi-
um natura in fine, καὶ τῶν
χρωματῶν αἰ μεταβολαὶ γίνονται,
ταύτης ἀποσφιγγούσης τὰς φλέ-
βας καὶ χαλῶσης. Χαλῶσης μὲν
οὖν, ἐρυθρὰ τὰ χρώματα (me-
lius σώμματα) γίνονται, καὶ δια-
φανέα. Συναγούσης δὲ, χλωρὰ
καὶ πελιδνὰ. Τὰ τοιαῦτα δὲ
παράλλασσει, ἐκ τῶν παρέοντων
ἐκάτω χρωματῶν. Colorumque
mutationes contingunt, hoc
venas constringente et laxan-
te. Laxante igitur colores
rubicundi fiunt, bene colorati
et pellucidi, constringente
vero ex virore pallidi et liui-
di. Qui certe euariant, prout
praesentes cuique adsunt co-
lores; partim ab anni tem-
poribus, et aetatibus, sic
enim Hippocr. de humori-
bus Sect. II. p. 19. τὰ χρώ-
ματα οὐχ ὁμοία ἐν τῇσιν ἡλικίαις,
οὐδὲ ἐν βροχείοις καὶ νοτίοις,

¹³ ὀξεία, θερμὸν καὶ ὑφαίμον. Αἱ δὲ ¹⁴ λευκερυ-
θροί, εὐφυΐαν, ὅταν ἐπὶ λεῖου χρωτὸς συμβῇ τοῦτο
τὸ χρῶμα. ¹⁵ Τὰ δὲ τριχώματα, τὰ μὲν μαλακὰ,

δευ-
acuti quidem calidum et sanguineum, albi
cum rubore; bonam indolem, quando in
laevi corpore accidit hic color. Pili autem,
molles quidem timidum: duri autem, for-

οὔδ' ἐν τῇσιν ἡλικίῃσιν, αὐτὸς
πρὸς ἑαυτὸν, οὐδ' ἄλλος ἄλλω
οὐδέν. Σκεπτέον δὲ ἐξ ὧν ἴσμεν
καὶ παρέοντων καὶ ἀτρεμέοντων,
περὶ χροῶν. Καὶ ὅτι αἱ ἡλικίαι
τῇσιν ὥρεσιν ἐμφερέες εἰσὶ καὶ
χροῇ, καὶ τρόπῳ. Colores ne-
que in anni temporibus, ne-
que in aquilonibus, neque in
australibus constitutionibus
similes sunt, neque in aetati-
bus, neque quum sibi quispiam,
neque quum alter ad alterum
confertur. Spectandi autem
sunt colores ex his, quae prae-
sentia et quiescentia esse no-
uimus, quodque aetates anni
temporibus, et colore et modo
similes sunt; partim ab af-
fectuum vehementia, mor-
borumque ferocia, de qui-
bus consulendi Medici. Pau-
ca huc spectantia habet
Aristoteles quoque, aut
quisquis sit auctor libelli de
coloribus, c. 6. de colore pi-
lorum, pennarum et cutum.

13. Ὀξεία) Agnoscit
etiam Interpres, acuti qui-
dem: sed quum parum ad
colores quadret ea lectio,
verèor ne perperam substi-

tuta sit pro ἐρυθροῖ aut πυρρῶν:
vt infra Sylb. Viuidi autem
colores conspiciuntur in fa-
cie, si vasa sanguifera tenui-
tatem subtilitatemque cutis
permeant.

14. Λευκερυθροί, εὐφυΐαν)
Color ex albo rubescens bo-
nam indolem notat. Ori-
tur ille color, si mixta est
portio aliqua pituitae cum
sanguine eius calorem re-
tundens; vnde quoque bona
indoles producitur.

15. Τὰ δὲ τριχ.) Latina edi-
tio habet nouam sectionem
cum peculiari titulo, *De pi-
lis*. Sylb. Veteres in eo con-
sentiunt pilos oriri ex hu-
moribus, cf. Hippocr. de
natura pueri Sect. III. p. 21.
δοκίην ἂν ἡ σὰρξ ἱκμάδα ἔλκη,
ἢν τε λευκὴν, ἢν τε πυρρὴν, ἢν
τε μέλαιναν, τοιαύτη τὴν χροίην
καὶ ἡ θρῖξ γίνεται. Qualem hu-
morem caro attraxerit, al-
bum, siue flauum, siue ni-
grum, talem etiam colorem
capillus imbuir. Iam non cu-
ramus colorem pilorum, sed
dumtaxat respicimus prima
verba, humores capillis pro-

δειλὸν· τὰ δὲ σκληρὰ, ἀνδρεῖον. Τοῦτο δὲ τὸ σημεῖον εἴληπται ἐξ ἀπάντων τῶν ζώων. Δειλότατον μὲν γὰρ ἐστὶν ἔλαφος, λαγῶς, πρόβατα, καὶ τὴν τρίχα μαλακωτάτην ἔχει· Ἀνδρεϊότατον δὲ ὁ λέων, ὡς ἄγριος, καὶ τρίχα σκληροτάτην φέρει. Ἐστὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς ὄρνισι τὸ αὐτὸ τοῦτο ἰδεῖν, καθόλου τε γὰρ ὅσοι μὲν σκληρὸν τὸ πτερὸν ἔχουσιν, ἀνδρεῖοι· ὅσοι δὲ μαλακόν, δειλοί. Καὶ κατὰ μέρη ἐστὶ ταῦτό τοῦτο ἰδεῖν, ἐν τε τοῖς ὄρτυξι, καὶ ἐν τοῖς ἀλεκτρυόσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν γενῶν τῶν ἀνθρώπων ταῦτό τοῦτο συμπίπτει. Οἱ μὲν γὰρ
ὑπὸ

tem. Hoc autem signum sumtum est ex omnibus animalibus. Timidissimum enim est ceruus, lepus, ouis, et pilum mollissimum habent: fortissimum autem, leo, aper, et pilum durissimum habent. Est autem et in auibus hoc idem videre. Vniuersaliter enim, quaecumque quidem habent duram pennam, fortes: quaecumque autem mollem, timidae. Et particulariter est hoc quidem videre, in coturnicibus, et in gallis: similiter autem et in generibus hominum hoc idem accidit. Qui-

B 5

creandis esse aptos. Itaque, si propter humores calor innatus maiori adest copia, sicci atque duri erunt capilli, calor siquidem humiditatem imminuit, imminuta autem humiditate atque aucto calore, alacris fit homo ac fortis. Si vero propter humores calor innatus

imminutus est, humores etiam magis influunt in capillos, eosque reddunt molliores, ipsaque illa mollieties declarat defectum caloris, et signum est timiditatis. Vide et Herm. Follium in Spec. nat. hum. c. 14. propos. 12. p. 37, sq.

ὕπὸ ταῖς ἀρκτοῖς οἰκοῦντες, ἀνδρείοι τέ εἰσι καὶ
 σκληροτείχες· ¹⁶ οἱ δὲ πρὸς μεσημβρίαν, δειλοὶ τε,
 καὶ μαλακὸν τρίχωμα φέρουσιν· Ἡ δὲ δασύτης
 ἢ περὶ τὴν κοιλίαν, λαλίαν σημαίνει. Τοῦτο δὲ ἀνα-
 φέρεται εἰς τὸ γένος τῶν ὀρνίθων. ¹⁷ Ἰδίον γὰρ ὀρνι-
 θος

cumque enim apud septemtrionem habitant,
 fortes sunt, et durorum pilorum. Qui au-
 tem apud meridiem, timidi, et mollem pi-
 lum habent. Pilositas autem, quae est circa
 ventrem, loquacitatem significat: hoc autem
 refertur ad genus auium. Proprium enim

16. Οἱ δὲ πρὸς μεσημβρ.)
 Anni tempestatum mutatio-
 nes, regionis naturam, situm
 locorum, differentiam quo-
 que aliquam penes homines
 efficere, diuinus vidit Hip-
 pocr. de aere, loc. et aqu.
 Sect. III. p. 71. τὰ δὲ ἔθνη αὐ-
 ταῦτα, ταύτη διαφορὰ αὐτὰ ἑω-
 τῶν μᾶλλον ἐστὶ τῶν προδιηγημέ-
 νων, διὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων
 καὶ τῆς χώρας τῇ φύσει, At-
 que hae quidem gentes, cum
 propter anni tempestatum
 mutationes, tum ob regionis
 naturam, longe magis inter
 se differunt, quam quae an-
 te sunt enarratae. Et non
 video quid obstet, quo mi-
 nus asseramus, et in mini-
 mis rebus, atque adeo in
 pilis hanc differentiam fieri
 conspicuam. Sicuti enim
 terra, ita plantae, et sicuti
 natura hominis, ita quoque

sunt pili, qui sane plantis
 sunt quam simillimi.

17. Ἰδίον γὰρ ὀρνίθος etc.)

Hanc sententiam ita trans-
 fert Herm. Follinus l. l. p.
 38. *Proprium siquidem auis
 est, quod ad corpus quidem
 spectat, birsutum habere
 ventrem, quod vero ad in-
 genium garrulum.* Noster
 interpretes λαλίαν vertit loqua-
 citatem, vterque intelligit
 vitium illud sermonis, quod
 eleganter depinxit peculia-
 ri capite Theophrastus in
 Charact. eth. vnde Catonis
 illud de M. Coelio: *num-
 quam tacet, quem tenet mor-
 bus loquendi.* Διανοίας vero
 vocem, quam expressit in-
 terpres per intellectum, mal-
 lem cum Follino ingenium
 reddere, loquacitas siqui-
 dem magis ex ingenio, quam
 ex intellectu proficiscitur,

Θος τῶν περὶ τὸ σῶμα, ἡ δασύτης ἡ περὶ τὴν κοι-
λίαν· τῶν δὲ περὶ διάνοιαν, ἡ λαλία. Ἡ δὲ σάρξ,
ἡ μὲν σκληρὰ καὶ εὐεκτική ¹⁸ φύσει, ἀναίσθητον
σημαίνει· ἡ δὲ λεῖα, καὶ εὐφύεα καὶ ἀβέβαιον,
εἰ μὴ ἐπὶ ἰσχυροῦ σώματος, καὶ τὰ ¹⁹ ἀκρωτήρια
ἐγκρατῇ ἔχοντος τοῦτο συμβῇ. ²⁰ Αἱ δὲ κινήσεις, αἱ
μὲν

avis est eorum, quae sunt circa corpus, pilosi-
tas, quae circa ventrem est; eorum autem,
quae sunt circa intellectum, loquacitas. Caro
autem, dura quidem, et habitus boni, insen-
sibilem significat: mollis autem et ingenio-
sum, et instabilem, nisi in forti corpore, et
habenti extremitates fortes hoc accidit. Motus

et ingenium de psittacis ali-
isque avibus loquacibus di-
ci potest, non aequae tamen
intellectus.

18. Φύσει) Leon. et Isingr.
εὐεκτικὴ φύσις: minus conue-
nienter. Sylb. Aldina quo-
que et Auerroes in margi-
ne habent εὐεκτικὴ φύσις.

19. Ἀκρωτήρια ἐγκρατῇ)
Repetitur etiam infra c. III.
ἀκρωτήρια μεγάλα, καὶ ἐγκρατῇ,
et paulo post pro eodem
ἰσχυρότερα. Sylb. In uniuersum
h. l. extremas et maio-
res corporis partes ἀκρωτήρια
appellat Aristoteles, alias
autem adnotante Gorraeo
in Defn. med. p. 18. hoc
nomine Aristoteles nominat
extremas partes digitorum
sub unguitibus latentes, et
extremas partes ossium.

20. Αἱ δὲ κινήσεις, etc.) Mo-

tus corporis tribus potissi-
mum absoluitur rebus, in-
gressu, saltu, et cursu.
Tarditas autem motus ex
remisso spirituum impulsu
oritur, atque animi frigidi-
tatis, socordiae et pigritiae
signum est, quod sub no-
mine μαλακῆς διανοίας intel-
ligit Aristoteles. Celeritas
vero motus originem ducit
ex concitato spirituum im-
pulsu, proindeque concita-
tum notat animum. Con-
firmat haec Hippocr. de
morbo sacro sect. III. p. 89.
ὁ δὲ ἐς τὰς φλέβας αἷος, συμ-
βάλλεται ἐς τὰς κοιλίας εἰσίων,
καὶ ἐς τὸν ἐγκέφαλον. καὶ οὕτω
τὴν φρόνησιν καὶ τὴν κίνησιν τοῖ-
σι μέλεσι παρέχει. Ὡς τε ἐ-
πειδὴν ἀποκλείσθωσιν, αἱ φλέβες
τοῦ ἥερος ὑπὸ τοῦ φλέγματος,
καὶ μὴ παραδέχωνται, ἄφρων

μὲν νωθεῖαι, μαλακὴν διάνοιαν· αἱ δ' ὀξεῖαι, ἔνθερον.
 21. Ἐπὶ δὲ τῆς φωνῆς ἡ μὲν βαρεῖα καὶ ἐπιτεινομένη, ἀνδρεῖον. Ἡ δὲ ὀξεῖα καὶ ἀνειμένη, δειλόν.

autem, tardi quidem, mollem intellectum: acuti vero, calidum, In voce autem grauis quidem et intensa, fortem: acuta autem, et re-

καθίστασι καὶ ἀφρονα τὸν ἄνθρωπον. Aer vero (qui videlicet ore et naribus trahitur, cerebrum petit, et ad pulmones, venasque fertur) qui ad venas pervenit, cerebrum subiens ad ventriculos accedit sicque intelligentiam et motionem membris praeberet. Quare ubi pituita a venis aerem incluserit, cumque minime admiserit, voce defectum et minime intelligentem hominem efficiunt. Vnde ob celeritatem Piso laudatur, de quo Velleius Paterculus, L. II. c. 98. in fine. Nemo magis, quae agenda sunt sine ulla ostentatione agendi, fuit; et de tarditate Gnatho, apud Terent. in Eunuch. Act. V. sc. 9. v. 48., inculatur sic: *Fatuus est, insulsus, tardus; stertit noctesque et dies.* Inaequalis vero motus, modo celerior, modo tardior, qui morum instabilitatem, quae est vitii comes vel dispositionis pravae, vid. Aristot. Ethic. IX. c. 4. designat.

Catilinam ita incedere consueuisse autor est Sallustius, c. XV. sect. 5.: *Igitur, ait, color ei exsanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus; proxsus in facie vultuque recordia inerat.*

21. Ἐπὶ δὲ τῆς φωνῆς etc.) Vox acuta et grauis varias causas habet, nam vel crassities amplitudoque arteriae vocem reddit grauem, et angustia et breuitas, acutam, vel aer magis dilatans arteriam asperam, efficit grauem vocem, vel aer cogens restringensque, acutam, vel fit ex concitato et remisso motu. In priori casu adest calor, in posteriori frigus, vnde et fortitudo, et timiditas recte his dispositionibus tribuuntur. Plures sunt vocis differentiae, quas recenset Aristot. de gener. animal. L. V. c. 7. et Ptolem. in Harmonicorum L. I. c. 3. cf. H. Folli- ni Spec. nat. hum. c. 20. prop. 65. p. 88.

λόν, ²²Τὰ δὲ σχήματα, καὶ τὰ παθήματα τὰ ἐπιφαινόμενα ἐπὶ τῶν προσώπων, ²³κατὰ τὰς ὁμοιότητας λαμβάνεται τῷ πάθει. Ὅταν γὰρ πάσχη τι, γίνεται οἷον εἰ τοιοῦτον ἔχοι ὅταν τις ὀγίζηται, ὀργίλον τὸ σημεῖον τοῦ αὐτοῦ γένους. ²⁴Τὸ δὲ ἄρρεν τοῦ θήλεος μείζον καὶ ἰσχυρότερον. Καὶ

miffa, timidum. Figurae autem et passionēs, quae apparent in facie, secundum similitudines accipiuntur passionis: quando enim, dum patitur, aliquid fit, vt si hoc habet, quando aliquis irascitur, irascibile signum eiusdem generis. Mas autem femina maior est, et

22. Τὰ δὲ σχήματα etc.) MS. quoque habere τῶν παθῶν. Species, color et figurae oris. Haec appellatio desumpta est ex scholis Geometrarum, qui σχήματα adhibent in demonstrationibus, lineas, lineamenta commodè reddere poteris. Omnis autem affectus diuersitatem in lineis corporis producit, de quibus alio loco.

23. Κατὰ τὰς ὁμοιότητας etc.) Camot. κατὰ τὰς ὁμοιότητας λαμβάνεται τῶν παθῶν. Seqq. verba paulo conuenientius πάσχοντί τι; et mox ἔχοι τις ὅταν ὀργιζήται. Sic enim interpres vertit: quando enim, dum patitur aliquid fit: vt si hoc habet, quando aliquis irascitur. Vide Adamant. c. I. τοιαῦτα εἰ τις ἔχει. Syllb. Du Vallius testatur

24. Τὸ δὲ ἄρρεν, etc.) Lucem capiunt haec ex Hippocrate, qui Aphorif. Sect. VII. Aph. 43. dicit: γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίνεται, mulier non fit ambidextra, i. e. quae vtraque manu tamquam dextra vtitur, hacque ratione docet, sexus feminei imbecillitatem esse et in eo conspicuam, quod et in sinistra manu influxus caloris et spirituum defectum sentiant. Sed aliud quoque argumentum est in promptu ex sect. V. Aph. 48. Ἐμβρυα, τὰ μὲν ἄρσενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον, Foetus mares dextra uteri parte, feminae sinistra magis gestantur, quo innuit,

Καὶ τὰ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος, ἰσχυρότερα, καὶ
²⁵ λιπαρώτερα, καὶ εὐεκτικώτερα, καὶ βελτίω κατὰ
 πάσας τὰς ἀρετάς. ²⁶ Ἰσχυρότερα δὲ τῶν ἐπὶ τοῖς
 μέρεσι σημείων ἐστὶ, καὶ ἐν τοῖς ²⁷ ἡθροῖ, τοῖς
 ἐν

fortior, et extrema corporis fortiora, et
 crassiora, et habitus melioris, et potiora se-
 cundum omnes virtutes. Signis autem, quae
 sunt in partibus corporis, fortiora sunt ea,

mares robustiores biliosio-
 res, et sanguine magis prae-
 ditos esse feminis, quia dex-
 tra ipsi vteri pars, utpote ob
 hepatis viciniam calidior, et
 nutrimentum calidius ha-
 bens, assignata est: feminas
 vero frigidiores, quia sinistra
 frigidior et nutrimentum fri-
 gidius habens, eae gestan-
 tur, qua sanguis, propter
 urinam aquosus redditus,
 infirmitatem illis concilia-
 vit. Quamquam haec ex
 artis obstetriciae praeceptis
 non omnino vera censenda
 sunt, tamen hoc verum est,
 corporis structuram femina-
 rum esse tenuiorem, mol-
 liorem, humidior, et
 proinde frigidioris tempe-
 riei, animamque propter in-
 nati caloris spirituumque
 penuriam magis laborare
 imbecillitatibus quam viro-
 rum. Vide Follinum l. 1.
 c. 8. prop. 1. 2. 3. 4.

25. Λιπαρώτερα) Pro λιπα-
 ρώτερα Interpres habet, cras-

siora, λιπαρώτερα minus bel-
 le quadrat ad ἀκρωτήρια.
 Confer haec cum iis, quae
 Philosophus in Hist. Ani-
 mal. tradit sub finem Lib.
 IV. et initio L. IX. ubi pro-
 lixius de utriusque sexus
 proprietatibus differit. Sylb.
 Auerroes et Interpres παχυ-
 τέρα legisse videntur, quam
 ego lectionem praeferrem,
 si MS. et impressorum li-
 brorum auctoritas accederet.

26. Ἰσχυρότερα) Auerroes
 hic cap. V. inchoat inscrip-
 tum: *Inueniendorum ex
 signis Habituum, et Passio-
 num modi duo.*

27. ἡθροῖ, τοῖς ἐν τοῖς
 ἐπιφ.) Conuenientius for-
 tasse ἡθροῖ τοῖς ἐκτὸς ἐπιφαίν.
 ut supra, τὰ σχήματα — ἐπι-
 φαίνόμενα ἐπὶ τῶν προσώπων.
 Interpres parum belle, quae
 accipiuntur manifesta in mo-
 ribus. Sylb. Auerroes huic
 sententiae magis accedere
 videtur, sic enim: quae
 accipiuntur in moribus mani-

ἐν τοῖς ἐπιφαινομένοις λαμβανόμενα· καὶ (²⁸ τὰ)
κατὰ τὰς κινήσεις καὶ τὰ σχήματα. Ὅλος δὲ
²⁹ τὸ ἐνὶ μὲν πιστεύειν τῶν σημείων, εὐήθες· Ὅταν
δὲ πλείω συμφωνοῦντα καθ' ἑνὸς λάβῃ, μᾶλλον ἤδη
κατὰ τὸ εἶκος ἂν τις ὑπολάβαναι ἀληθῆ εἶναι τὰ
σημεῖα. Ἔστι δὲ ἄλλος τρόπος, καθ' ὃν ἂν τις φυ-
σιογνωμοιῇ· Οὐδείς μὲν τοι ἐπικεχείρηκεν· ³⁰ οἶον
εἰ ἀνάγκη ἐς τὸν ὀργίλον καὶ τὸν δυσάνιον, ³¹ καὶ
μικρὸν

quae accipiuntur manifesta in moribus: et se-
cundum motus, et figuras. Omnino autem
vni quidem signorum credere stultum est.
Quando autem plura conueniunt, quae sunt
in vno, magis utique conueniet, ut quis ac-
cipiat vera esse signa. Est autem alius etiam
modus, secundum quem aliquis physiogno-
mizet. Nullus tamen aggressus est. Ut si
necesse sit iracundum, et tristem, et paruum,

festis. Du Vallius quoque
monet, quosdam dare τοῖς
ἐκτὸς ἐπιφ.

28. Τὰ) Deest in editio-
ne Aldina.

29. Τὸ ἐνὶ etc.) Signorum
ratio utique est habenda,
atque distinguendum inter
signa communia, et pro-
pria, et quidem propria
vel ἀπλῶς, vel κατ' ἀρμονίαν,
siue συμφωνείαν.

30. Οἶον εἰ) Agnoscit
idem Interpres, ut si neces-
se sit. Sed haud scio an
rectius coniuncte legatur

οἶον εἰ. Sylb. Auerroes vul-
gatam lectionem retinet, sed
Sylburgii coniectura textui
conueniens est, quem exem-
plis illustrare videtur Ari-
stoteles.

31. Καὶ μικρὸν) Interpres
quoque μικρὸν agnoscit, et
paruum secundum morem:
quum procul dubio legen-
dum sit μικρὸν, ut infra c. III.
Πικρὸς, τὸ πρόσωπον σεσηρῶς.
Sylb. Auerroes et Aldus
etiam μικρὸν, Du Vallius
vero animaduertit quosdam
dare μικρὸν, vnde coniectu-
ra Sylburgii fulcitur.

μικρὸν τὸ ἥθος, φθονερὸν εἶναι, εἰ καὶ μὴ ἐστὶ
 32 φθονεροῦ σημεῖα, ἐξ ἐκείνων δὲ τῶν προτέρων ἐν-
 δέχοιτο ἂν τῷ Φυσιογνώμονι καὶ τὸν φθονερὸν εὐρί-
 σκειν. Μάλιστα μὲν, ὅταν ὁ τοιοῦτος ἴδιος τρόπος
 εἴη πεφιλοσοφηκότος. Τὸ γὰρ δυνάσθαι τινῶν ὄν-
 των 33 ἀναγκαῖον εἶναι, ἴδιον ὑπολαμβάνοιμεν Φι-
 λοσοφίας· ὅπερ 34 ἐστίν, ὅτε ἐναντιοῦται τούτῳ
 κατὰ τὰ πάθη Φυσιογνωμονεῖν καὶ τὰ κακά. 35 Πε-
 ρὶ Φωνῆς κατὰ μὲν τὸ πάθος ἐπισκοπῶν, ὅξεϊαν
 οἰηθεῖν ἂν τις δεῖν ἔνεκεν τιθέναι τοῦ θυμοειδοῦς.
 Ὁ γὰρ

secundum morem inuidum esse, et si non sint
 inuidi signa: ex illis autem prioribus con-
 tingat utique physiognomoni et inuidum in-
 venire. Maxime quidem, quando talis pro-
 prius modus fuerit philosophantis. Posse
 enim quibusdam existentibus necessarium esse,
 proprium putamus philosophiae. Quod con-
 trarium est huic quandoque, iuxta passiones
 physiognomomizare et mala. Secundum pas-
 siones intendens quispiam acutam putarit du-
 plicem ob causam iracundi vocem ponendam

32. Φθονεροῦ σημεῖα) Ca-
 mot. φθονεροῦ εὐρίσκειν σημεῖα.
 Sylb. Quam lectionem. MSS.
 codicum esse Du Vallius
 prodit, Auerroes et Inter-
 pres vulgatam sequuntur.

33. Ἀναγκαῖον εἶναι, ἴδιον)
 Du Vallius coniicit legen-
 dum esse, τὸ ἀναγκαῖον εἶναι
 ἰδεῖν, vel εὐρίσκειν ἴδιον, quod
 et melius.

34. Ἔστιν, ὅτε) Rectius

ἐστίν ὅτε: Vt Interpr. quod
 contrarium est huic quando-
 que iuxta passiones physiogno-
 mizare et mala. Sylb. Auer-
 roes, Quod est, quando con-
 traria sunt huic iuxta passio-
 nes, physiognomizare etiam
 mala.

35. Περὶ φωνῆς) Auerroes
 hic dubitationem aliquam
 proferri ab Aristotele asse-
 rit, et quidem recte.

Ὁ γὰρ ἀγανακτῶν καὶ ὀργιζόμενος, ³⁶ ἐπιτείνειν εἴωθε τὸν φθόγγον καὶ ὀξύ φθέγγεσθαι· ὁ δὲ ῥαθύμως διακείμενος, τὸν τε τόνον ἀνίησι, καὶ βαρὺ φθέγγεται. Τῶν δ' αὖ ζώων τὰ μὲν ἀνδρεῖα, βαρὺφωνα ἐσὶ· τὰ δὲ δειλά, ὀξύφωνα. Λέων μὲν καὶ ταῦρος, καὶ κύων ³⁷ ὑλακτικός, καὶ τῶν ἀλεκτρυόνων οἱ εὐψυχοι, ³⁸ βαρὺφωνοι φθέγγονται· ἔλαφος δὲ καὶ λαγὼς ὀξύφωνα ἐσὶν. ³⁹ Ἀλλ' ἴσως καὶ ἐν τούτοις κρεῖσσόν ἐστι μὴ ἐν τῷ βαρεῖαν ἢ ὀξεῖαν

esse. Indignatus enim, et iratus, distinguere consuevit vocem, et acute loquitur: qui autem remissus stat, remittit vocem, et grauiter loquitur. Rursus autem animalium fortia quidem, grauis vocis sunt, timida autem, acutae vocis. Leo quidem, et taurus, et canis latrabilis, et gallorum, qui sunt boni animi, grauiter vociferantur. Cernuus autem, et lepus, acutae vocis sunt. Sed forte et in his melius est, non eo quod ipsorum vox est

36. Ἐπιτείνειν) Distingue- tunc τὸ ἀρ sonant. Vide re, minus recte Interpreter, Ammon. de similibus et differ- mallem intendere cum Auer- ferent. vocab. in voce, φω- roe, vi oppositi τὸν τόνον νεῖν, Ἀραρίζειν δ' ἐπὶ κυνῶν, παρὰ ἀνίησι. Magis etiam placet τοῖς Ἀθηναίοις, ἀπὸ τῆς ἀρ φω- νῆς· παρ' ἡμῶν δ' Ὑλακτεῖν λέ- γεται.

Indignatus enim, et iratus 38. Βαρὺφωνοι) Camot. βα- intendere consuevit vocem, et ρύφωνα φθέγγονται. Rectius for- acute loqui, segniter autem tasse βαρὺφωνου. Sylb. Auer- dispositus remittit vocem, et roes βαρὺφῶνας legisse vide- grauiter loquitur. tur.

37. Ὑλακτικός) latrabilis. 39. Ἀλλ' ἴσως) Auerroes Proprie de canibus dicitur in margine notat, hic su- irritatis, pro quo Attici perionis dubitationis solu- ἀραρίζειν et ἀράζειν, quum tionem incipere.

ὀξείαν εἶναι ⁴⁰ τὴν Φωνὴν αὐτῶν, ἀνδρεῖον, ἢ δειλὸν
τιθέναι, ἀλλ' ἐν τῷ τὴν μὲν ἐρρωμένην, ἀνδρείου
τὴν δὲ ἀνειμένην καὶ ἀσθενῆ, δηλοῦ ὑποληπτέον
εἶναι. Ἔστι δὲ κρᾶτισον, ὅταν τὰ σημεῖα μὴ ὁμολο-
γούμενα, ἀλλ' ὑπεναντιούμενα, μηδὲν τιθέναι, εἰ
μή ἐστι ⁴¹ τῶν διηρημένων ποῖα ποίων πιστότερα· καὶ
μάλιστα μὲν εἰς εἶδη, ἀλλὰ μὴ εἰς ὅλα τὰ γένη
ἀναφέρειν. Ὅμοιότερα γάρ ἐστι τῷ ζητούμενῳ. Οὐ
γὰρ ὅλον τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων Φυσιογνωμονοῦ-
μεν, ⁴² ἀλλὰ τίνα τῶν ἐν τῷ γένει.

ΚΕΦ.

acuta, et grauis, fortem aut timidum pone-
re: sed arbitrandum est, fortem quidem for-
tis, remissam autem et imbecillem timidi.
Est autem potissimum, quando signa non sunt
confessa, sed subcontrariantia, nihil ponere,
nisi sint discrepantium inter se, alia credibi-
lora aliis. Et maxime quidem in speciem,
sed non in tota genera referre decet: simi-
lora enim sunt quaesito. Non enim totum
genus hominum physiognomizamus, sed
quaedam sunt in genere.

40. Τὴν φωνὴν) Omnes
fere Interpretes Ammonium
sequuti l. l. in voce φωνεῖν,
vbi dicit, φωνεῖν μὲν γὰρ ἐπὶ
ἀνθρώπων λέγεται, afferunt non
alio quam hoc sensu occur-
rere hanc vocem, sed fal-
luntur egregie; nam non
Matthaeus solum in com-
ment. c. XXVI. v. 71. Καὶ εὐ-
θέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε, sed et lo-
cus noster quod de aliis quo-
que dicatur animalibus docet.

41. Τῶν διηρημένων) Camot.
τῶν δι' εἰρημένα: parum con-
gruenter. Interpres vertit:
*nisi sint discrepantium inter
se alia aliis credibilia.* Sylb.
Auerroes interpretem se-
quutus est.

42. Ἀλλὰ τίνα etc.) Melius
placet Auerrois translatio,
quam Interpretis, sic enim
reddit, *sed quaedam eorum
quae sunt in genere, κατὰ πόδα*
enim sequitur Aristotelem.

Κ Ε Φ. γ.

¹ Τῶν παθημάτων σημεῖα καθ' ἕκαστον τῶν παθῶν.

² Ἀνδρείου σώματος σημεῖα, ³ τρίχωμα σκληρόν,
⁴ τὸ σχῆμα τοῦ σώματος ὀρθόν, ⁵ ὅσα καὶ πλευραὶ,
καὶ

C A P. III.

Signa affectionum animi sigillatim.

Signa fortis corporis. Pili duri, figura corporis erecta, ossa, et costae, et extrema cor-

C 2

1. Τῶν παθημάτων etc.) Auerroes hic incipit Cap. VI. inscriptum: *Passionum, Habituumque multorum signa.*

2. Ἀνδρείου σώματος etc.) Ideam hominis fortis ex Aristotele repraesentat Herm. Follius in Spec. hum. nat. p. 118.

3. Τρίχωμα σκληρόν) Eiusmodi hominem σκληρότριχα appellant Graeci. H. Follius. l. 1. c. 14. p. 38. pilos asperos reddit, ac commemorat: septemtrionales populos magnanimos esse, asperrimisque tegi pilis. Duri autem pili deprehenduntur in leone et apro, atque fiunt a siccitate et calore, nimia ex spirituum abundantia proveniente; unde fortitudinem notant.

4. Τὸ σχῆμα etc.) Leonicens mascul. gen. ὀρθός, et sic in seqq. τῷ σχήματι μὴ ὀρθός. Syll. Aldus etiam dat

ὀρθός. Erectam autem corporis figuram naturae auctorem concessisse homini, non solum, ut distingueretur a ceteris animantibus, sed ut dominii in creaturas recorderet, prorsusque nihil formidaret. Belle Ovid. Metam. L. I. Fab. 2. v. 53. *Pronaque quum spectent cetera animantia terram, Os homini sublime dedit, caelumque videre iussit et erectos ad sidera tollere vultus.* Nam qui totam lucem totus aspiciat, qui cognoscit, Deo nos approbari, illi in futurum parari iubet et aeternitatem proponere, quam cogitationem qui mente concepit, Seneca auctore, Ep. CII. *nullos horret exercitus, non terretur tuba, nullis ad timorem minis agitur.*

5. Ὅσα καὶ πλευραὶ etc.) Eiusmodi autem debet esse magnitudo, quae musculo-

καὶ τὰ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος ἰσχυρὰ καὶ μεγάλα,
 6 καὶ κοιλία πλατεῖα καὶ προσεσαλμένη· 7 Ὀμο-
 πλάται πλατεῖαι καὶ διεσηκῆαι, οὔτε λίαν συνδεδε-
 μέναι, οὔτε παντάπασιν ἀπολελυμέναι· 8 Τράχη-
 λος ἑρρωμένος, οὐ σφόδρα σαρκώδης· 9 τὸ στήθος
 σαρ-

poris fortia, et magna, et venter amplus, et
 contractus ad se, armi lati, et distantes, nec
 valde colligati, nec omnino dissoluti, collum
 forte, non vehementer carnosum, pectus

rum conueniat robori, si enim nimia esset magnitudo, musculi quoque cum corpore in nimiam excre-
 scerent molem. Spirituum autem inopia ut plurimum magnam molem corporis comitatur, unde et absentia fortitudinis suspicatur. Et verum est adagium: *homo longus raro ingeniosus*, imo etiam raro fortis. Distinguendum tamen est robur secundum Aristot. Polit. L. I. c. 6. in robur ad necessarios usus ac seruilis opera, et in robur ad ciuiles usus, opportunitatesque belli ac pacis adaptatum.

6. Καὶ κοιλία πλατεῖα etc.) Amplitudo ventris requiritur propter dorfi amplitudinem, pectorisque magnitudinem. Contractum autem dicit, ut distinguatur hoc signo ab obeso ac vorace. Amplus vero venter sufficienti cibo conseruatus, robur sustentat.

7. Ὀμοπλάται etc.) Humeri lati ad brachiorum motum validum pertinent: brachia enim tum humeris ac spatulis nituntur, ut parti immobili, quae exigitur in motu: at valido motui non nisi valida pars resistit. Fortitudinem autem designari, et res ipsa declarat, et Homer. comprobatur Odyss. XVIII. v. 52. seqq. *Φαῖνε δὲ μηρούς καλοὺς δὲ μεγάλους τε, φάνεν δὲ οἱ εὐρέες ὦμοι, Στήθεα δὲ σιβαροὶ τε βραχίονες, ostendit autem crura pulcraque magnaue. Apparuerunt autem ei lati humeri, Pectoraque fortiaque brachia.*

8. Τράχηλος etc.) Collum forte, ex crassitie ossium scilicet, et musculorum, qui collo adhaerent, magnitudine, et quod ad motum brachiorum simul concurrunt. Gracile contra collum imbecillitatem motuum significat.

9. Τὸ στήθος etc.) Propter calorem naturalem pectus

σαρκῶδές τε καὶ πλατύ· ¹⁰ ἰσχίον προσεσαλμέ-
νον· ¹¹ γαστροκνημία κατὰ προσεσπασμένα· ¹² ὄμ-
μα χαροπὸν, οὔτε λίαν ἐπτυγμένον, οὔτε παντάπα-
σι

carnosum, et latum, coxa contracta, pe-
cten deorsum contractum, oculus charo-
pus, nec valde expansus, nec omnino clau-

C 3

dilatatur et amplum fit, et
homini animus calore con-
ciliatur.

10. Ἰσχίον) Pro ἰσχίον In-
terpr. legit γένειον, gena. Po-
lemo c. 1. περὶ εἶδους ἀνδρείου,
habet μέτωπον τέ λεῖον, et
Adamantius περὶ εἰδῶν ἀνδρω-
πέων, μέτωπον οὔτε λεῖον, non
multum abfimile ἐπισκύνιον
ap. eundem Polem. c. 6.
ἐπισκύνιον et Adam. c. 10.,
ἐπισκύνιον βαρύν. Sylb. Auer-
roes in margine notat, quos-
dam legere gena, quae lectio
melior, quam postea ἰσχίον
occurrit. Sed nihil muto.
Aldus hic et paulo post ἰσχύν
vitiose, procul dubio ex
operarum errore. Follin.
l. l. p. 119. reddit: *optima*
coxarum compactio. Ἰσχίον
autem secundum Suidam
est, τὸ κοῖλον τοῦ γλουτοῦ, ἐν
ᾧ ἡ κοτύλη στέφεται, *cava pars*
femoris, in qua caput ipsius
voluitur. Hoc quoque Ho-
merus dicit Iliad. ε. v. 305.
sq. Τῷ βάλεν Αἰνείας κατ' ἰσχίον,
ἐνθά τε μηρὸς Ἰσχύϊ ἐνστέφε-
ται· κοτύλην δέ τε μιν καλέου-

σι. Hoc iecit Aeneae per ver-
tebrum, ubi femur Vertebro
inuertitur, vertebrum vero
ipsum vocant.

11. Γαστροκνημία etc.) Po-
sterior tibiae pars carnosae
sic dicitur, quoniam veluti
venter tibiae est: forma
γαστροκνήμιον quoque occur-
rit. Follinus reddit: *sura-*
rum musculi ad inferiora de-
pulsi, quippe qui toti cor-
pori firmitatem conciliant.

12. Ὀμμα χαροπὸν) Rufus
Ephesius quatuor colores
tribuit illi parti oculi, quae
contigua est pupillae vs-
que ad album, videlicet
μέλαν, *nigrum*, πυρρὸν, *ru-*
sum, γλαυκόν, *caesium*, et χαρο-
πὸν *fulvum*, qui est color pi-
lis subalbidis cameli similis,
vel lapidi, quem ὀνυχίτην ap-
pellant v. Actuar. περὶ οὐρανῶν
L. I. c. 8. Aristot. autem
de gener. animal. L. V. c. 1.
caelios oculos imbecilles
esse scribit, charopos autem
validam indicare naturam,
quia naturam in tota sua
integritate designant. Fol-

σι συμμύον· ¹³ αὐχμηρότερον τὸ χεῶμα τὸ ἐπὶ τοῦ σώματος· ¹⁴ ὅξυ μέτωπον, εὐθύ, οὐ μέγα· ¹⁵ ἰσχίον οὔτε λεῖον, οὔτε παντάπασι ρυτιδῶδες.

Δειλοῦ σημεῖα, ¹⁶ τριχωμάτιον μαλακόν, τῷ σώματι συγκεκαθικὸς, οὐκ ἐπισπερχές· αἱ δὲ γαστρο-

fus, squallidior color in corpore, acuta frons, recta, non magna: gena, neque laevis, neque omnino rugosa.

Signa timidi. Pili molles, corpore inclinatus, non erectus, quae sunt sub vm-

lin. p. 119. magis virtutem quam colorem expressit oculi: *formidabiles oculi, nec admodum corrugati, nec omnino expansi, vel explicati.*

¹³ Αὐχμηρότερον etc.) Mallem reddere colorem quasi adustum; nam αὐχμὸς est siccitas ex vehementi aestu, et ille αὐχμὸς oritur apud fortem ex nimio calore interno. Nostrates: *ein martialisches Ansehen.*

¹⁴ Ὅξυ μέτωπον etc.) Bene Follin. l. c. *frons emicans, atque erecta, non tamen magnitudine prodigiosa. Frontem autem* Plinius H. N. L. X. c. 51. (37.) *tristitiae, hilaritatis, clementiae et severitatis indicem* appellat, et Cicero de Legib. L. I. c. 8. *Et is qui appellatur vultus — indicat mores.* Iam vero affectiones forti tributae, ex calido innato sunt, quod assurgendo erectam, et se

non nimium distribuendo non adeo magnam efficit frontem. In magna autem fronte confluere humores et spiritus in anteriorem partem Aristot. de partib. animal. L. II. c. 10. affirmat.

¹⁵ Ἰσχίον οὔτε etc.) Auerroes: *natis neque lenis, neque omnino rugosa.* Follin. *coxae nec admodum lenes, nec omnino rugosae.* Vterque male, nam λεῖος est laevis, planus, quod et ex opposito ρυτιδῶδες colligendum, Eiusmodi autem coxae robustos musculos designant.

¹⁶ Τριχωμάτιον μαλ. etc.) Ex frigidityte omnia haec deducenda sunt, et leporis natura. Follin. l. l. *Lenitudo pilorum, eorundem ad corporis cutim concidentia, atque in crescendo tarditas incredibilis, surae ad superiora reuulsae.*

γαστροκνημιά ἀνω ἀνεσπασμένα· περὶ τὸ πρόσω-
πον ὑπώχρος· ¹⁷ ὄμματα ἀσθενῆ, καὶ ¹⁸ (εἰ) σκαρ-
δαμύττει. Καὶ ¹⁹ τὰ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος
ἀσθενῆ· ²⁰ τὰ σκέλη μικρά, καὶ χεῖρες λεπταὶ
καὶ μακραί· ὁσφύς δὲ μικρὰ καὶ ἀσθενής· ²¹ τὸ
σχῆμα σύντονον ἐν ταῖς κινήσεσιν· ²² οὐκ ἰταμὸς,
ἀλλ'

bilico sursum tracta, circa faciem subcro-
ceus, oculi imbecilles, et mobiles, et
extrema corporis imbecilla, et crura par-
va, manus longae, et subtiles: lumbi au-
tem parui, et imbecilles, figura conten-
sa in motibus, non vehemens, sed su-

C 4

17. Ὅμματα ἀσθενῆ etc.)
Mallem cum Follino red-
dere: Languidi oculi, et
frequentissime niſtitantes:
Vern. Matte Augen.

18. Εἰ σκαρδαμύττει,) In-
clusa εἰ abest a Leonic. edit.
Camotius melius καὶ σκαρ-
δαμύττοντα, vt paulo infra τὰ
γὰρ τάχως σκαρδαμύττοντα.
Sylb. εἰ deest apud Ald. et
Du Vall. σκαρδαμύττοντα in
MSS. esse affirmat. De vo-
ce σκαρδαμύσσειν vide Erotian.
in Expos. Voc. Hipp. voce κερ-
δαμύσσειν, nam vtrique forma
occurrit, Gorr. in Def. med.
sumtam a nasturtio ait, quod
κάρδαμον dicitur, quo si quis
vtatur, assidue oculis con-
muet.

19. Τὰ ἀκρωτήρια) Aldus
dat ἀκροτήρια.

20. Τὰ σκέλη etc.) Follin.
1. 1. Exigua crura, manus
tenuēs atque prolixae. Auer-
roes, Manus longae et gra-
ciles.

21. Τὸ σχῆμα σύντονον)
Follin. figura in motionibus
agilis. τὸ σχῆμα totius com-
plectitur corporis figuram,
qua timidus facile mouetur,
tremat, fugamque capelle-
re potest.

22. Οὐκ ἰταμὸς etc.) Fol-
linus non κατὰ πόδα sequi-
tur Aristotelem, sic enim:
Quod autem ad mores spe-
ctat, timidus malus non est,
licet socordia ac stupore la-
boret. Est illi vultus in-
constans, atque prae se fert
tristitiam. Pro οὐκ Ald. dat
οὐχ.

ἀλλ' ὑπτιος, καὶ ²³ τεταμβηκῶς τὸ ἦθος· τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου εὐμετάβολον, κατηφές.

²⁴ Εὐφυοῦς σημεῖα, ²⁵ σὰρξ ὑγροτέρα, καὶ ἀπα-

pinus, et stupefactibilis: mos, qui est in facie, mobilis, sollicitus.

Ingeniosi signa. Caro humidior, et

²³. Τεταμβηκῶς) Rectius, opinor, τεταμβηκῶς· Τὸ ἦθος τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου (vt supra c. II. καὶ ἐκ τῶν ἡθῶν, τῶν ἐπὶ τοῦ προσώπου ἐπιφ. et c. III. καὶ τὸ ἦθος, τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου ἐπιφ.) εὐμετάβολον, κατηφές. Sylb. Du Vallius autem sic: Melius τεταμβηκῶς τὸ ἦθος τ. ε. τ. π. εὐμετάβολος κ. vel εὐμετάβολον, κατήφες. Eadem fere formam Homerus tribuit timido Iliad N. v. 278 sqq. — ὁ δὲ δειλὸς ἀνὴρ, ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφάνθη, τοῦ μὲν γὰρ τε κακοῦ τρέπεται χρώς ἄλλου δις ἄλλη Οὐδὲ οἱ ἀτρέμας ἦσθα. Ἐρητύει' ἐν φρεσὶ θυμός. Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει· Ἐν δὲ τε οἱ κραδίη μεγάλα τέρνοισι πατάσσει Κηρᾶς οἰομένῳ. Πάταγος δὲ τε γίνετ' ὀδόντων. Et timidus vir, quique fortis apparuerit. Huius enim mali vertitur color alius alio, Neque ei intrepide sedere compescuit in mentibus animus Sed inclinatur, et super utrosque pedes sedet. Et vere ei cor valde pectoribus pulsatur

Mortem ferenti, stridor autem fit dentium.

²⁴. Εὐφυοῦς etc.) Follin. l. l. p. 120. Sic: Bonam indolem nobis ostendunt caro humidiuscula, teneriusculaque, sed parum robusta, obesa autem non nimis. Duplici autem sensu aliquis dici potest εὐφυής; primum, qui ex ingenuis prognatus est parentibus, quemque ingenium appellamus, v. Plutarch. de educat. liber. c. i. deinde, cui natura bonam concessit indolem, ingenium, quae significatio huius est loci.

²⁵. Σὰρξ ὑγρ.) Eiusmodi caro requiritur, vt spiritus eo melius citiusue per meatus teneros, humidos laxosque ferri possint ad ingenii domicilium; stricta enim et coarctata caro spiritibus impedimenta maxima obicit, et ingenio inducit tarditatem. Carnem vero ἀπαλοτέραν indicium ingenii perspicacis esse, docet quoque Aristotel. de Anima, L. II.

ἁπαλωτέρα, οὐκ εὐεκτική, ²⁶ οὐ δὲ πιμελώδης σφόδρα· ²⁷ τὰ περὶ τὰς ὠμοπλάτας καὶ τράχηλον, ἰσχνό-

mollior, non boni habitus, neque valde pinguis: quae sunt circa musculos scapularum, et

C 5

c. 9. Vocem εὐεκτικὴς de firmo corporis habitu explicat Suidas, et bene Follius *robustus*. Interpres, *boni habitus*, qui a natura est, et per conseruationem valetudinis simul sustinetur: ambiguitas tamen est in ipsa interpretatione, quasi ii non ingenio pollerent, qui boni sunt habitus. Exemplum quidem Clarani, animo viridis et vigentis, erga quem natura inique se gesserat, atque talem animum male collocauerat, potest huic opponi, sed iam Seneca obseruante ep. XVI. hoc docet: *posse ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere*. Igitur et boni habitus corpora, et praua, possunt esse ingeniosa. Mallem tamen, et vti videtur verbis reliquis Aristotelis accommodatius, οὐκ εὐεκτική, *fibris non adeo densis et compactis*, quae conueniunt carni, de qua sermo est.

26. Οὐ δὲ πιμελώδης σφ.) Quamquam pinguedo ex sanguine fiat, tamen frigi-

dae naturae esse intelligitur, vnde nimia pinguedo calorem naturalem immittit, atque ingenio aduersatur. Quemadmodum enim obesitas corpori in actionibus perficiendis obstaculo est, sic etiam animum in suis turbat operationibus.

27. Τὰ περὶ τὰς ὠμοπλ. etc.) Locus hic laborare aliquo modo videtur, quum enim voces τὰ περὶ τὰς ὠμοπλ. bis occurrant, vel eas duplicem significationem admittere, vel Aristotelem sibi contradixisse asserendum est. Interpres, quem vide, non soluit nodum, neque Auerröes, quem Interpres habet consentientem. Statuimus quidem cum Intp. in priori hemistichio τὰ π. τ. ὠ. esse musculos circa scapulas, quod et Foll. egisse videtur, qui sic: quae (sc. carnes) vero pertinent ad scapulas, minime vero, quae sunt circa musculos scapularum, vt Interpres reddit satis obscure: at in posteriori, τὰ περὶ τ. ὠ. sunt scapularum li-

ισχνότερα, ²⁸ καὶ τὰ περὶ τὸ πρόσωπον καὶ σύνδετα τὰ περὶ τὰς ὀμοπλάτας, καὶ τὰ κάτω ἀφειμένα. ²⁹ εὐλυτα τὰ περὶ τὰς πλευράς. καὶ ³⁰ τὸ νῶτον ἀσαρκότερον. ³¹ τὸ σῶμα λευκέρυθρον καὶ καθα-

collum, macriora, et quae sunt circa faciem, incolligata: quae sunt circa musculos scapularum, et inferiora, remissa: bene soluta, quae sunt circa costas: et secundum dorsum non carnosus: corpus album mixto ru-

gumenta siue ἀκρωμία, de quibus Rufus in partium hominis nomenclatura, dicit, sunt, οἱ σύνδεσμοι τῶν κλειδῶν καὶ τῶν ὀμοπλάτῶν. Robur huic interpretationi conciliat vox Arist. σύνδετα. Ergo verterem: *ligamenta scapularum arctius contracta*. Follinus non procul abest: *scapulae colligatae, atque ad inferiora demissae*. Gratiam autem eiusmodi formae corporis humani tribuisse veteres, Terent. auctor est, in Eun. Act. II. Sc. I. v. 22. sqq. *Demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles fient. Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum. Tamen si bona est natura: reddunt curatura iuvenes*. Quidni et Gratias in eiusmodi corporibus reside-re statuamus?

28. Καὶ τὰ περὶ τὸ προσ.) Quae originem ducunt ex calore sicco, comite agilita-

tis spirituum, quae se non patitur gravari a carnis pondere.

29. Ἐύλυτα) Agnoscit etiam Interpres, *bene soluta*. Camot. contrario sensu, ἄλυτα. Sylb. Du Vallius ἄλυτα in MS. esse in margine notavit. Ἐύλυτα vera lectio, et hac voce respicitur ad motum musculorum intercostalium interiorum, thoracem exspirando contrahentium. Liberiorem efficiunt idcirco expirationem, et iuvant ingeniosos. Follin. *costae solutu faciles*.

30. Τὸ νῶτον) Rufus in Nomenclat. νῶτον appellat partem corporis posteriorem a ceruice usque ad μετάρρεον. Cf. Polydeuci Onomast. de partib. corp. hum. Alii contra partem ceruici subiectam, et ut plurimum duodecim comprehensam vertebrae νῶτον nominant.

καθαρόν· 32 τὸ δερμάτιον λεπτόν· 33 τριχωμάτιον
μὴ λίαν σκληρόν, μηδὲ λίαν μέλαν· 34 ὄμμα χαρο-
πὸν, ὑγρόν.

Ἀναισθήτου σημεῖα· 35 τὰ περὶ τὸν αὐχένα
καὶ

bore, et purum: cutis subtilis: pili non val-
de duri, vel valde nigri: oculus charopus,
humidus.

Insensati signa. Quae sunt circa collum

At Aristoteles latius sumit hanc vocem pro tota parte posteriore ab occipite usque ad extremum coccygem, triginta quatuor vertebri compacta, Lib. I. hist. anim. c. 15. quocum consentit Festus Ant. Rom. L. IV. ab initio.

31. Τὸ σῶμα etc.) Follius l. l. reddit: *Color ex rubedine et candore conflatus, corpus sincerum, tenuis cuticula*, quasi in Graeco esset τὸ χρῶμα, sed quum in voce λευκέρυθρον iam contineatur coloris notio, vox σῶμα retinenda. Color autem ille, mixta aliqua pituitae cum sanguine portione, eius calorem retundens, prodit, vnde bonae indolis signum esse potest. Τὸ καθαρόν autem innuit, corpus neque maculis, naevisque, neque aliis deformitatibus conspersum.

32. Τὸ δερμάτιον) Cuticula tenerrima facile perspirationem, actionibus cor-

poris conuenientem, transmittens.

33. Τὸ τριχωμάτιον etc.) Camot. τριχῶμα τὸ μὴ σκληρ. Sylb. Du Vallius MS. auctoritate Camotii firmari lectionem notauit. μὴ δὲ, diuissim Aldus. Niger autem color ex succo melancholico oritur, qui per mollietiem pilorum, per sanguinis affluxum productam, rite temperatur, moderatumque calorem, ingeniosis peculiarem producit. Iam omnes, qui ingenio in literarum doctrinis artibusque claruerunt liberalioribus, melancholicos fuisse tradit Aristot. Probl. f. 30.

34. Ὁμμα χαρ.) Follin. l. l. *Oculi valde gratiosi, ceterum humidiusculi*. Non male, nam vultus laetitiae cordis prodens sic appellatur. De colore per χαροπὸν designato supra diximus n. 12.

35. Τὰ περὶ τὸν αὐχένα) Nimia enim carnis moles

καὶ τὰ σκέλη σαρκώδη καὶ συμπεπλεγμένα καὶ
 συνδεδεμένα· 36 κοτύλη στρογγύλη· ὠμοπλάτα
 ἄνω ἀνεσπασμένα· 37 μέτωπον μέγα, περιφερές,
 σαρκώ-

et crura, carnosæ, complexa, et colligata:
 cotyle rotunda: muscoli scapularum, fur-
 sum expansi: frons magna, circularis, car-

ingenii impedit agilitatem,
 et qui cibus nimium replen-
 tur, et carnosæ fiunt, inepti
 sunt ad literarum conten-
 tionem.

36. Κοτύλη) Apud Anato-
 micos sic dicitur cavitas os-
 sis profundior, in quam al-
 terum os inseritur. v. Gorr.
 in def. med. p. 243. Insignis
 est locus apud Hom. quem n.
 10. laudauimus, ostendens
 medicos hanc significatio-
 nem tribuisse huic vocabulo,
 in Iliad. ε. v. 305 sqq. Τῷ
 βάλεν Αἰνείας κατ' ἰσχίον, ἔνθα
 τε μηρὸς ἰσχύϊ ἐνστέφεται, κο-
 τύλην δὲ τέ μιν καλέουσι, Θλάσ-
 σε δὲ οἱ κοτύλην, πρὸς δ' ἄμφω
 ῥήξε τένοντε, Hoc iecit Aeneae
 per vertebrum, ubi femur
 Vertebro inuertitur, verte-
 brum vero ipsum vocant, Fre-
 git autem ei vertebrum, ad
 hoc utrumque rupit neruum.
 Ad Aristotelis autem ver-
 ba quod attinet, plane
 ignoro, quid sibi velit Fol-
 lin. l. l. sic reddens: pa-
 tella rotunda, non enim vi-
 deo quomodo λεκάνιον, vel

ἐπιγονὴς a librariis in κοτύλη
 permutari potuerit, et editi.
 omnes, quotquot vidi, re-
 fragantur. Auerroes adeo
 retinuit graecam vocem, co-
 tyle rotunda.

37. Μέτωπον μ.) Plures
 concurrunt causæ, quæ
 eiusmodi frontem stupidi-
 tatis nota signant, primo
 magnitudo, qua multa ce-
 rebri substantia eius cauo
 inesse creditur, stupidos
 reddens homines, dein-
 de rotunditas, quam for-
 mam asinorum frons ha-
 bet, et tandem carnis co-
 pia spirituum inopiam de-
 clarans. Aristoteles tamen
 sibi ipsi contradicere vide-
 tur; nam, in Hist. Anim. L.
 I. c. 8. dicit, οἷς μὲν μέγα
 μέτωπον, βραδύτεροι — —
 οἷς δὲ περιφερές, θυμικοί. Qui-
 bus frons magna, segnes,
 (segnities autem ut pluri-
 mum comes est stupiditatis)
 quibus vero rotunda, iracundi.
 Quomodo ergo iracundia
 cum stupiditate conuenit?
 Sed salua res est, si tantum-

σαρκώδεις· 38 Ὀμμα χλωρόν, κωφόν· 39 κνήμαι
περὶ σφυρόν παχεῖαι, σαρκώδεις, τρογγύλαι·
40 σιαγόνες μεγάλαι, σαρκώδεις· 41 ὀσφύς σαρκώδης.
σκέλη

nosa: oculus croceus: crura circa talum
grossa, carnosae, rotunda: mandibulae ma-
gnae, carnosae, lumbi carnosissimi, crura lon-

modo quid μέτωπον fit, de-
finiamus: sic autem Arist.
l. l. μέτωπον ἐστὶ τὸ μὲν ὑπὸ τὸ
βρέγμα μεταξύ τῶν ὀμμάτων,
*Frons est sub sincipite posita
inter id ipsum et oculos.* Iam
vero duplex est rotunditas
frontis, nimirum a capillis
ad oculos, qualis est fron-
tis asinorum, et deinde a
tempore ad tempus, quae
iracundiae signum est. Prior
ad nostrum, posterior ad
laudatum spectat Aristotelis
locum.

38. Ὀμμα etc.) Κωφόν
non agnoscit Interpres. Sylb.
Auerroës, *oculus pallidus,
obtusus.* Follin. *Virides ocu-
li ad videndumque ineptissimi.*
Pauca siquidem humor in-
fluit, atque aciem videndi
obtundit.

39. Κνήμαι etc.) Male In-
terpres, *crura circa talum,*
melius Follinus, *tibiae cir-
ca malleolos crassae, carno-
sae, atque rotundae.* Κνήμη
enim est os crassissimum in-
teriori in parte situm, cui

foli femur articulatur per
διαρθρώσιν. Ipsi annexa est
ἡ περονή sura, fines vero κνή-
μης καὶ περόνης interni, qua
vtriusque carne priuati et
gibbi extraque prominent,
φυστὰ malleoli nuncupantur,
ab aliis falso tali. Vide Ga-
len. de ossibus, c. 22. Ni-
mia autem tibiæ crassi-
ties, atque carnositas, inge-
nii defectum indicat.

40. Σιαγόνες) *Maxillae,
mandibulae.* Ephes. Rufus
de appellat. partt. corp.
hum. σιαγόνες dictae et παρειά
et γνάθοι; quarum altera su-
perior, altera inferior est.
Et Auctor Εἰσαγωγῆς, ἡ ἱα-
τροῦ, σιαγόνες ad mentum vs-
que descendunt, et hic in
mucronem desinunt.

41. Ὀσφύς σαρκ) Follin.
l. l. reddit, *lumbi impense
corpulenti,* quasi in graeco
fuisset σφόδρα, siue ἄγαν, sed
non opus hanc adiacere
particulam, per se enim pa-
tet.

σκέλη μακρά· ⁴² τράχηλος παχύς· ⁴³ πρόσωπον
σαρκώδες, ὑπόμακρον ἰκανῶς· τὰς δὲ κινήσεις καὶ
τὸ σχῆμα, καὶ τὸ ἦθος τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου
ἐπιφαίνόμενον, κατὰ τὰς ⁴⁴ ὁμοιότητας ἀναλαμ-
βάνει.

Ἀναιδοῦς σημεῖα, ⁴⁵ ὁμμάτιον ἀνεπτυγμένον
καὶ

ga. collum grossum, facies carnosae, sub-
longa satis: motus autem, et figuram, et mo-
rem, qui apparet in facie, secundum simili-
tudines accipit.

Inuerecundi signa. Oculus apertus, et

⁴². Τράχηλος.) Crassa cer-
vix, Follin. At crassa cervix
est eodem Aristotele auto-
re, signum iracundiae, vn-
de mallet τὸ παχὺς pro syn-
onymo vocis σαρκώδες ha-
bere.

⁴³. Πρόσωπον) Ea pars
apud Iul. Pollucem dicitur
πρόσωπον, quae fronti subest.
Aristot. L. III. c. I. in fine,
de hominis tantum facie
πρόσωπον usurpari asserit, sub-
nectens causam, διὰ γὰρ τὸ
μόνον εἶναι ὁρῶν τῶν ζώων, μό-
νον πρόσωπον ὅπωπε, καὶ τὴν
φωνὴν εἰς τὸ πρόσω διαπέμπει.
Nam unus animalium homo
erectus est, solus prospicit
anteversus, vocemque ante-
versus mittit. Carnosa au-
tem facies, et longa, ob
materiæ efformandae quan-
tatem, et caloris debili-
tatem, animi agilitati inge-
nioque aduersa est. Mores

autem e facie cognoscere do-
cet peculiaris doctrina προ-
σωποσκοπία, et medici mor-
borum etiam signa ex facie
colligentes habent suam
προσωποσκοπίαν, de qua egit
Quellmalzius peculiari dis-
sertatione. Lips. 1758.

⁴⁴. Ὁμοιότητας) Hanc vo-
cem cum Cam. probat In-
terpres, secundum similitu-
dines accipit, atque ita etiam
infra est, ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὁρώμε-
να ἐπὶ τῶν σωματῶν λέγεται ἀνα-
φέρεσθαι ἐπὶ τὰς ὁμοιότητας.
Leon. et Isingr. parum con-
venienter habent ὁμοπλάτας.
Sylb. Aldus legit ὁμοπλάτας,
et Follinus, sic enim: ve-
rumtamen motus corporis ac
habitum, praeterea uniuersos
faciei gestus, scapulas retor-
quet stupidus. Auerroes ta-
men ὁμοιότητας mauult.

⁴⁵. Ὁμμάτιον etc.) Ocu-
lis facile affectiones corpo-

καὶ λαμπρόν· 46 βλέφαρα ὑφαίμα, καὶ παχέα·
 μικρὸν ἐγκυρτός· ὠμοπλάται ἄνω ἐπηρμένα. Τῷ
 σχήματι μὴ ὀρθός, ἀλλὰ μικρῷ προπετέστερος.
 47 Ἐν ταῖς κινήσεσιν ὀξύς. 48 Ἐπίπυρρος τὸ σῶμα·
 τὸ

splendidus, palpebrae sanguineae, et cras-
 sae, et parum curuus, muscoli scapularum
 sursum eleuati, figura non recta, sed parum
 prona. In motibus autem acutus, rubeus cor-

ris communicantur, et pro-
 pter pellucidatem sunt vel-
 uti gemmae, in quibus et
 vitia et sordes maxime ap-
 parent. Follinus melius
 quam Interpres expressit
 Aristotelis sensum: *Homi-
 nis impudentiam declarant si-
 mul expansi et splendidi ocu-
 li, palpebrae rubicundae et
 corpulentae.* Nam τὸ ἀναπτύσ-
 σειν proprie de expansione
 vestis vel telae usurpatur,
 et τὸ ἀτενὲς quod Arist. L. I.
 c. 10. hist. animal. de iis-
 dem adhibet oculis, simul
 includere videtur. Ergo
 eiusmodi oculus intelli-
 gitur, qui irretorto et aperto
 adspectu in aliquem fertur,
 et conscientiam bene factorum
 simulare studet. Τὸ
 λαμπρόν autem, non solum
 est indicium amoris illiciti,
 sed et, neque iniuria, impu-
 dentiae, quae amores con-
 sequitur, de qua Ouid. de
 arte amandi L. II. v. 721. sqq.
Adspicies oculos tremulo ful-

*gore micantes ut Sol in liqui-
 da saepe refulget aqua.*

46. Βλέφαρα) Haec ocu-
 lorum tegumenta sunt par-
 tes membranosae, et ut
 plurimum tenuissima cute
 constantes, ideoque inter
 omnia animalia frequen-
 tius homo conuiuet. V.
 Arist. de part. anim. L. II.
 c. 13. πολλάκις δ' ὁ ἄνθρωπος,
 διὰ τὸ λεπτοθερμότατον εἶναι, bo-
 mo conuiuet frequentius, quo-
 niam cutem tenuissimam ha-
 bet. Vnde de nostro loco
 ratio potest reddi, nam
 crassities palpebrarum ex
 rigiditate musculorum mo-
 ventium cutisque orta est,
 quia irretortis oculis inue-
 recundi alios adspicere so-
 lent.

47. Ἐν ταῖς κινήσεσιν) Auerroes, in motibus prae-
 cept. Follin. autem, in mo-
 tionibus agilitas magna, nam
 ὀξύς dicitur is, qui promptus
 et expeditus est in aggre-

τὸ χρῶμα ὕφαιμον· 49 στρογγυλοπρόσωπος· 50 τὸ
 σῆθος ἀνεσπασμένον.

51 Κόσμιος, ἐν ταῖς κινήσεσι βραδύς καὶ 52 δια-
 λεκτικός· 53 Φωνὴ βραδεῖα καὶ πνευματώδης, καὶ
 54 ἀσμενής· 55 ὀμμάτιον ἀλαμπές, μέλαν, καὶ μή-

τε

pore, color sanguineus, facies rotunda, pe-
 ctus sursum tractum.

Moderati signa. In motibus tardus, lo-
 quens tarde: vox tarda, plena, spiritus mitis,
 oculus hilaris, non splendidus, niger, neque

diendis expediendisque ne-
 gotiis.

48. Ἐπίπυρρός etc.) Fol-
 lin. corpus rutilum subsan-
 guineusque color, quippe
 qui agilitatem propter ce-
 leriores humorum influ-
 xum producit, simulque
 corpus rubore tingit.

49. Στρογγυλοπρόσωπος) Al-
 dus dat στρογγυλοπρόσωπον. Ro-
 tundam faciem.

50. Τὸ σῆθος etc.) Auer-
 roes, pectus sursum contra-
 ctum. Follinus vero, pectus
 reuulsum.

51. Κόσμιος) Follin. Mo-
 destus, quod etiam eo re-
 dit, latius tamen patet vox
 moderatus. Modestiam au-
 tem descripsit Aristot. in
 magn. moral. L. II. c. 2.

52. Διαλεκτικός) Forfan,
 καὶ τῇ διαλέκτῳ. Sylb. Inter-
 pres male, loquens tarde,
 habetque Auerroem con-
 sentientem. Melius Follin.

ad disputationes aptissimus,
 nam facile cedit, omniaque
 decenti elegantique pro-
 fert ratione, et in confa-
 bulationibus idcirco gratus.

53. Φωνὴ βραδεῖα) Inter-
 pres non accurate, vox tar-
 da, plena (quae vox non in
 Graeco) etc. Melius Auer-
 roes: cuius vox tarda, et
 plena spiritu, et mitis. Fol-
 lin. cuius vox tarda est, sed
 spiritus plena, facilis, atque
 blanda. Ad oves enim refe-
 runtur tales, ergo haec vox
 iis competit.

54. Ἀσμενής) Interpres
 videtur legisse εὐμενής, dum
 vertit, mitis. Sylb. Consen-
 tit Auerroes: Interpunctio
 aequae ac lectio apud Aldum
 haec est; πνευματώδης· Ἀσμε-
 νές ὀμμάτιον· ἀλαμπές. Sic
 quoque Auerroes legisse vi-
 detur: oculus hilaris, non
 splendidus etc.

τε λίαν ἀνεπτυγμένον, μήτε παντάπασι συμμεμυ-
κός, σκαρδαμυκτικὸν βραδέως. Τὰ γὰρ ταχέως
σκαρδαμύττοντα τῶν ὀμμάτων, τὰ μὲν δειλὸν, 56 τὰ
δὲ θερμὸν σημαίνει.

57 Εὐθύμου σημεῖα, 58 μέτωπον εὐμέγεθες, καὶ
σαρκῶδες, καὶ λεῖον· τὰ περὶ τὰ ὄμματα ταπεινό-
τερα,

valde apertus, neque omnino clausus, pal-
pebrizans tarde. Oculorum enim, qui cele-
riter palpebrizant, hi quidem timidum, illi
vero calidum signant.

Animosi signa. Frons bene magna, et car-
nosa, et laevis; quae sunt circa oculos, videntur

55. Ὀμμάτιον ἀλαμπές) Non
agnoscit vocem ἀλαμπές Fol-
linus, hunc locum reddend-
do: *Oculi illis sunt nigri,
nec admodum adaperiti, nec
conniuentes omnino, sed tar-
de admodum concidententes.*

56. Τὰ δὲ θερμὸν) Folli-
nus legisse videtur τὸν θρασὺν,
quae literarum permutatio
sane facillima fuit apud li-
brarios, vertit enim: *hi
quidem timiditatem, illi vero
summam audaciam signifi-
cant.* Audaces autem cum
timidis aliquo modo conue-
nire docet Aristot. de mo-
rib. L. III. c. 10. οἱ μὲν θρα-
σεῖς προπετεῖς, καὶ βουλόμενοι περὶ
τῶν κινδύνων, ἐν αὐτοῖς ἀφίσταν-
ται, *audaces quidem sunt prae-
cipites, voluntque ante ipsa
pericula periclitari, in ipsis
autem constituti, abstant.*

Ergo Follini emendatio non
adeo repudianda.

57. Εὐθύμου) Non bene
hanc expressit vocem In-
terpres per *animosus*, nam
animosus est idem ac ira-
cundus, forte hanc significa-
tionem voci tribuere voluit,
qui bono est animo, qui
laetatur. Auerroes melius,
iucundi, quem et sequitur
Follinus.

58. Μέτωπον εὐμέγεθες etc.)
Auerroes: *frons ingens et
carnosa, et lenis, quae sunt
circa oculos humiliora.* Foll.
in idea iucundi hominis, p.
121. *frons magnitudine pro-
cerosa, aequalis et corpulen-
ta, depressi oculi.* Frontem
vero magnam conferre ad
distinctam cognitionem, et
iudicium acre Aristot. docet
de partib. anim. L. II. c. 10.

τερα, καὶ 59 ὑπνωδέστερον τὸ πρόσωπον φαίνεται, μήτε δεδορκός, μήτε σύννου. Ἐν δε ταῖς κινήσεσι βραδύς ἔσω καὶ ἀνειμένος, τῷ σχήματι καὶ τῷ ἦθει τῷ ἐπὶ τοῦ προσώπου, μὴ 60 ἐπισπερχής, 61 ἀλλὰ ἀγαθός φανέσθω.

62 Τὰ ρυτιδώδη τῶν προσώπων, καὶ ἰσχνὰ ὄμματα κατακεκλασμένα, ἅμα δὲ καὶ τὰ 63 κεκλασμέ-

humiliora, et facies somnolentior, neque intense adspiciens, neque remissa: in motibus tardus erit, et remissus figura, et more, qui est in facie, non praeceps, sed videtur bonus.

Inanimosi signa. Rugosa facies, et macri oculi confracti, simul autem et confracta

nam ibi sanguis fit sincerior, dum confluentes in anteriorem cerebri partem humores et spiritus, refrigerium aliquod patiuntur, et distinctam cognitionem producendi aptiores redduntur. Sensu quoque plurimo pollent eiusmodi homines, sibi et aliis vitam reddere valent iucundiores.

59. Καὶ ὑπνωδέστερον.) Auerroes: *Apparet et facies somnolentior*. Follin. bene: *somnolenta facies, nec admodum explicata, nec cogitabunda*. Itaque somnolentior facies distinguit iucundum a lasciuo, nec admodum explicata, a leuitatis macula laborante, nec cogitabunda, a melancholico.

60. Μὴ ἐπισπερχής) Auerroes, *non praeceps*. Follin. *minime celer*. Ἐπισπερχής enim is dicitur, qui impulsu quodam in aliquid fertur, qui absque omni consilio agit, sine praenitia deliberatione.

61. Ἀλλὰ ἀγαθός) Follin. *sed semper modestus*, qui nihil agit, quod ipsi taedium, moerorem, aut dedecus affert.

62. Τὰ ρυτιδώδη etc.) Ante τὰ ρυτιδώδη Interpres inferit ἀθύμου σημεῖα, sic enim vertit: *Inanimosi signa, rugosa facies*. Sylb. Follin. verb. ἀθύμου σ. non agnoscit, Auerroes autem, *Tristis signa*.

63. Τὰ κεκλασμένα) Repetitionem istam τὰ κεκλασμένα

κλασμένα τῶν ὀμμάτων, δύο σημαίνει, τὸ μὲν μαλακὸν καὶ θῆλυ, τὸ δὲ κατηφὲς καὶ ἄθυμον. Ἐν τῷ σχήματι ταπεινός, καὶ ταῖς κινήσεσιν ⁶⁴ ἀπηγορευκώς.

⁶⁵ Κιναίδου σημεῖα, ⁶⁶ ὄμμα κατακεκλασμένον· γονύκροτος· ἐγκλίσεις τῆς κεφαλῆς εἰς τὰ δεξιά·

oculorum duo significant, hoc quidem molle, et femininum, illud vero demissum, et pauidum: in figura humilis, et motibus remissus.

Signa cinaedi. Oculus confractus, genu flexibilis, inclinatio capitis ad dextram, motus

D 2

τῶν ὀμμάτων agnoscit etiam Interpres, *confracta oculorum*. Paulo planior ergo sententia fuerit, si praeced. v. ante ἅμα periodicam distinctionem collocemus: ut praecedentia adiectiva referantur ad ἄθυμου σημεῖα. Sylb. Aldus in margine notavit, quosdam habere κατακεκλασμένα, vti paulo ante. Totum autem locum Foll. sic vertit: Porro facies rugosa, ac macilenta, praeterea distorti oculi, atque reuulsi duo nobis significant. Illud quidem molle ac effeminatum, hoc vero sollicitum ac triste. Tale autem sortitur homo, qui forma quidem humili est, in motu autem remissus.

⁶⁴ Ἀπηγορευκώς) Remissus, qui in omnibus moti-

bus gestibusque se ostendit omni spe destitutum. Eiusmodi animi dispositionem in Niobe eleganter depinxit Ouid. Metam. L. VI. Fab. I. v. 159. sqq. — *Diriguitque malis; nullos mouet aura capillos. In vultu color est sine sanguine: lumina moestis Stant immota genis: nihil est in imagine viuum: Ipsa quoque interius cum duro lingua palato Congelat, et venae desistunt posse moueri, Nec flecti ceruix, nec brachia reddere gestus, Nec pes ire potest.*

⁶⁵ Κιναίδου.) Aldus dat κιναιδους. Dicti autem sunt autore Perotto in Corn. Cop. p. 844. ἐπὶ τοῦ κινεῖν τὰ αἰδοῖα, hoc est, a virilibus manu tractandis. Ob-

ξιά· 67 αἱ φοραὶ τῶν χειρῶν ὑπτία καὶ ἑκλυτοί
καὶ 68 βαδίσεις διτταί, ἡ μὲν περινεύοντος, ἡ δὲ
κρατοῦντος τὴν ὀσφύν· καὶ 69 τῶν ὀμμάτων περι-
βλέψεις· οἷος ἂν εἴη Διονύσιος ὁ Σοφιστής.

70 Πικρὸς, τὸ πρόσωπον 71 σεσηρῶς· μελανό-
χως·

manuum supini, et dissoluti, et ambulationes duplices. Haec quidem circumclinantis alia vero tenentis lumbos, et oculorum circumspeditiones, qualis utique fuerit Dionysius Sophista.

Signa amari. Facie remissus, nigri colo-

scoenum hominum genus, vix instantes lumina nostra ferunt.

67. Αἱ φοραὶ τῶν χ.) *Motus manuum dissoluti et supini*, mallem, *gesticulationes manuum supinae et solutae*, quum videlicet cinaedi ea sollicitè remouerint, quae motum manuum impederent.

68. Βαδίσεις διτταί) *ambulationes duplices*, hoc est, eiusmodi ingressus, qui produunt duplex illorum munus, de quo Aristoteles statim.

69. Τῶν ὀμμάτων περιβλέψεις) *Oculorum circumspeditiones*, id est, oculi huc et illuc mobiles, qui sunt signum inconstantis et inquieti animi, qualis utique propter amorum illecebras fuere cinaedi.

70 Πικρὸς) *Amarus*, acerbus, est is, qui iram per

66. Ὀμμα κατακεκλασμένον) *Oculus confractus*, qualis est tristiurn, sed et lascivorum. Talem oculum vividis pingit coloribus Ovid. in Ep. Helenae ad Parid. Ep. 17 v. 77 sq. *Tu modo me spectas oculis lascivae protervis Quos*

χρως· ἰσχνός· τὰ περὶ τὸ πρόσωπον διεξυσμένος·
τὸ πρόσωπον ῥυτιδάδης. ἄσαρκος, εὐθύθριξ, καὶ
μελάνθριξ.

72. Θυμώδης, ὀρθὸς τὸ σῶμα· τῷ σχήματι
εὐπλευ-

ris, macer, quae sunt circa faciem quasi abra-
sa: facies rugosa, non carnosus, recti crines,
et nigri.

Signa iracundi. Rectus corpore, figura
D 3

longum tempus fouet. Ari-
stot. de morib. L. IV. c. II.
Οἱ δὲ πικροὶ, δυσδιάλυτοι, καὶ
πολὺν χρόνον ὀργίζονται. Κα-
τέχουσι γὰρ τὸν θυμὸν, παῦλα
δὲ γίνεται, ὅταν ἀνταποδιδῶ,
ἢ γὰρ τιμωρία παύει τῆς ὀργῆς,
ἢ δούλην ἀντὶ τῆς λυπῆς ἐμποιοῦ-
σα. Τούτου δὲ μὴ γινομένου,
τὸ βαρὺς ἔχουσι. Διὰ γὰρ τὸ
μὴ ἐπιφανὲς εἶναι, οὐδὲ συμ-
πεῖθει αὐτοὺς οὐδεὶς. Ἐν αὐτῷ
δὲ πέψαι τὴν ὀργὴν χρόνου δεῖ.
Εἰσὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς ὀχλη-
ρότατοι, καὶ τοῖς μάλιστα φίλοις.
*Acerbi vero difficulter recon-
ciliantur, et longo tempore
irascuntur. Continent enim
iram, et non, nisi ubi reddi-
derint, cessant: nam ultio
his iram sedat, dum volupta-
tem loco doloris inducit:
quod quousque non euenit,
grauatum animum habent,
quia vero id non manife-
stum: neque suasionem apud
eos utitur quisquam: et ipsi
secum iram concoquere, non*

*nisi mora quadam temporis
possunt. Suntque huiusmo-
di homines tum sibi ipsi mo-
lestissimi, tum iis, qui maxi-
me ipsis sunt amici. Acer-
bitatem autem irae esse
speciem asserit Seneca de
ira c. 4. L. I. etiam si ama-
rum nos, acerbumque dici-
mus, nec minus stomachosum,
rabiosum, clamosum, diffici-
lem, asperum, quae omnia
irarum differentiae sunt.*

71. Σεσηρῶς) Commodum
vocabulum amari affectum
rite explicans, ore enim
aperto et hianti esse signi-
ficat, et usurpatur potissi-
mum proprie de canibus,
qui rictu deducto, ita ut
conspiciantur dentes, mini-
tantur, seu qui ringuntur.

72. Θυμώδης) Totum hunc
locum, paulo aliter quam
Interpres, sic reddit Fol-
lin. p. 122. Iracundus co-
lore rutilo est tinctus, cui
scapulae magnae sunt, latae,

εὐπλευρος, εὐθυμος, 73 ἐπίπυρρος· ὠμοπλάται διε-
σηκῆαι, καὶ μεγάλαι, καὶ πλατεῖαι· ἀκρωτηρία με-
γάλα, καὶ ἐγκρατῆ· λεῖος καὶ περὶ τὰ στήθη, καὶ
περὶ βουβῶνας· εὐπῶγων· 74 εὐανθής 75 ὁ περιδρο-
μος τῶν τριχῶν, κάτω κατεληλυθώς.

76 Πραῦς, 77 ἰσχυρὸς τὸ εἶδος, εὐσαρκος· ὑγρὰ
σὰρξ

bene latus, animosus, subrufus, scapulae di-
stantes, et magnae, et latae, extrema magna,
et fortia, laevis et circa pectus, et circa bu-
bones, barbatus probe, capillorum ambitus
floridus, deorsum tendens.

Signa mansueti. Fortis specie, bene car-

aliquoque intervallo distin-
ctae, extremas autem corpo-
ris partes, magnas atque ro-
tundae. Ceterum circa pe-
ctus et pubem est lenis, men-
to autem barbatus, atque
etiam floridus, ambitum ve-
ro capillorum ad inferna ha-
bet demissum. Qualis au-
tem sit inter iratum et ira-
cundum differentia, ex Se-
neca de ira, L. I. c. 4. vi-
dendum.

73. Ἐπίπυρρος) Hic co-
lor conciliatur corpori ex
pulsu iracundi, qui est al-
tus, magnus, vehemens,
celer, creber, spiratio ipsa
redditur vehementior, tre-
mit labium inferius, et apud
quosdam totum corpus, quae
omnia indicio sunt afflu-
xum sanguinis ad exterior-
es partes non solum for-

torem esse, sed eas quo-
que rubore tingere.

74. Εὐανθής) Floridus, ni-
mirum propter influxum et
circulationem humorum ad
radices capillorum, quo hu-
meantur et nutriuntur.

75. Ὁ περιδρομος τῶν τε.)
Vulgatam lectionem, etiam
expressit Interpres: capil-
lorum ambitus floridus, deor-
sum tendens. Polemo, κερ-
ιε. omittit εὐανθής. Sic enim:
ὁ περιδρομος τῶν τριχῶν κάτω
βλέπων Sylb. Vulgatam le-
ctionem quoque sequutus
est Auerroes.

76. Πραῦς etc.) Follinus
hunc totum locum sic red-
dit: Mansuetus ingenio for-
tis est, et corpulentus, hu-
mida atque copiosa carne
redundans, procerosa tamen
si, nec immoderata praedi-

σάρεξ καὶ πολλή· εὐμεγέθης καὶ σύμμετρος, 78 ὕπτιος τῷ σχήματι· ὁ περιδρόμος τῶν τριχῶν ἀνεσπασμένος.

- 79 Εἰρων· πλόνια τὰ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὰ περὶ τὰ ὄμματα ῥυτιδῶδη· ὑπνώδες τὸ πρόσωπον τῷ ἥθει φαίνεται.

Μικρόψυχος, 80 μικρομέλης, μικρογλάφυρος, ἰσχνὸς, μικρόμματος, καὶ μικροπρόσωπος· ὁ ἴος ἂν εἴη 81 Κορίνθιος ὁ Λευκάδιος.

82 Φιλό-

nosus, caro humida, multa, bonae magnitudinis, et commensuratus, figura curuus, cursus capillorum fursum vulsus.

Eorum, qui sunt aliorum reprehensores. Oculi sunt rugosi, somnolenta facies de more videtur: quae circa faciem sunt, et oculos, pingua.

Pusillanimi. Paruorum membrorum, et paruorum articulorum, macer, et paruorum oculorum, et paruae faciei, qualis fuerit Leucadius Corinthius.

D 4

tus magnitudine, verum figura corporis resupina. At capillorum caesaries mansuetu reuulsa est.

77. Ἰσχνὸς τὸ εἶδος) Auerroes, grauis specie, id est, qui vultu et gestibus, animi grauitatem, qui ira non facile afficitur, prae se fert. Περότης enim ἐστὶ μεσότης περὶ ὀργὰς. Mansuetudo enim circa iram mediocritas est. v.

Aristot. de morib. L. IV. c. 11. et L. II. c. 7.

78. Ὑπτιος) Auerroes: figura curuus.

79. Εἰρων) Auerroes, simulator. Cuius characterem ad viuum descripsit Theophrastus in charact. eth. peculiari capite

80. Μικρομέλης) Paruitas membrorum, et reliquarum partium, de quibus hic ser-

⁸² Φιλόκυβοι, γαλαγκῶνες καὶ ⁸³ ὀρχηστᾶι.

⁸⁴ Φιλολοῖδοροι, ⁸⁵ οἷς τὸ ἄνω χεῖλος μετέωρον καὶ ⁸⁶ τὰ εἶδη προπετεῖς, ἐπίπυρροι,

Ἑλεή-

Ludi amantes. Iusto breuiorem cubitum habent, gaudent victoria.

Amatores contumeliarum. Quibuscumque est superius labium eleuatum, et specie proni sunt et rubicundi.

mo, materiae penuriam in his partibus ostendit, ex qua ad pusillanimitatem potest conici. Hanc pusillanimitatem descripsit Aristot. de vitiis et virtut. c. 4. et 6.

81. Κορίνθιος etc.) Camot. Κορίνθιος ἢ Λευκάδιος. Interpres nobiscum, qualis fuerit Leucadius Corinthius. Sylb.

82. Φιλόκυβοι) Nimium late Interpres, ludorum amantes, melius Auerroes: Talorum amantes.

83. Ὀρχηστᾶι) Aldus dat ὀρχηστᾶι, falso, ex operarum errore. Interpr. gaudent victoria. Auerroes gaudentes parta victoria. Neuter recte, nam ὀρχηστῆς est, qui gaudet saltatione.

84. Φιλολοῖδοροι) Leon. et Hingr. φιλόδοροι, sed φιλολοῖδοροι agnoscit praeter Interpr. etiam Polemo, κεφ. ις' et autor ipse infra repetit c. 6. Sylb. Aldus vitiose φιλοδοῖδοροι. Auerroes interpretatur ἀμα-

tores munerum, et cum Aldo lectionem agnoscit eandem, notat tamen in margine, quosdam legere, controuerfiarum

85. Οἷς τε ἄνω χεῖλος) Efformatio haec labiorum pendet ab efformatione ossis mandibulae superioris. Ergo elatum os superioris mandibulae, qua parte dentes inferuntur, gingiuas elatas facit, labrumque latum et prominens, illi namque suprema parte incumbit: ossis vero illius eminentia robur significat efformatricis virtutis, proindeque spirituum et caloris innati copiam, viresque robustas. Figurae autem partium elatae audaciam et superbiam conciliant, quae utique in φιλολοδορους cadunt.

86. Τὰ εἶδη προπετεῖς) Ita potest accipi ut paulo post γλαφυροὶ τὰ εἶδη, itidemque Interpres vertit, specie proni. Polemo habet, καὶ κάτω

Ἐλεήμονες, ⁸⁷ ὅσοι γλαφυροὶ, καὶ λευκόχροοι, καὶ
 λιπαρόμαστοι, καὶ τὰ ῥινία ἄνωθεν διεξυσμένοι,
⁸⁸ καὶ αἰεὶ δακρύουσιν. Αὐτοὶ οὗτοι καὶ ⁸⁹ φιλογύναιοι,
 καὶ θηλύγονοι, καὶ περὶ τὰ ἥδη ⁹⁰ ἐρωτικοί, καὶ
 ἀειμνήμονες, καὶ εὐφρεῖς, καὶ ἐνθερμοί. Τούτων
 δὲ σημεῖα εἴρηται. Ἐλεήμων, ὁ σοφός, καὶ δει-
 λός,

Misericordes sunt, quicumque sunt albi
 coloris, et puri, et habent oculos quasi pin-
 gues, et nares deorsum distantes, et semper
 plorant. Idem etiam amatores sunt mu-
 lierum, et gignitores feminarum, et circa
 mores interrogabundi; et semper memores,
 ingeniosi et calidi: horum autem signa di-
 cta sunt. Misericors, et sapiens, et timidus,

D 5

προπετές Syll. Auerroes, et
 forma proui.

87. "Ὅσοι γλαφυροὶ, καὶ
 λευκόχροοι) Interpr. quicum-
 que sunt albi coloris et puri.
 Auerroes, quicumque pulcri
 ac albi coloris. Vterque
 potestatem vocis γλαφυρός
 non expressit, vt plurimum
 enim de venustate formae
 adhibetur.

88 Ἀεὶ δακρύουσιν) Propter
 hanc causam adeo ex ca-
 talogo virtutum eliminare
 iubet misericordiam Seneca
 de Clem. L.II. c.5. Ergo quem-
 admodum, ait, religio deos co-
 lit, superstitio violat: ita cle-
 mentiam, mansuetudinemque
 omnes boni praeftabunt, mi-

sericordiam autem vitabunt.

Est enim vitium pusilli ani-
 mi, ad speciem alienorum
 malorum succidentis. Itaque
 pessimo cuique familiarissima
 est. Anus et mulierculae
 sunt, quae lacrimis nocentis-
 simorum mouentur, quae si
 liceret, carcerem effringerent.

89. Φιλογύναιοι) Videlicet
 propter animum, qui faci-
 le moueri, flectique potest,
 in sexum sequiorem amore
 feruntur.

90. Ἐρωτικοί) Interpr. le-
 git ἐρωτητικοί, interrogabun-
 di, parum ad rem. Syll.
 Auerroes bene: et circa mo-
 res in amorem propensi.

λὸς, καὶ κόσμιος. Ἀνελεήμων, ἀμαθὴς καὶ ἀνα-
δής.

Ἀγαθοὶ φαγεῖν, ὅτι οἷς τὸ ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ
πρὸς;

et moderatus. Immisericors, et insipiens, et
inuerecundus.

Signa voracis. Voraces sunt hi, quibus id,

91. Οἷς τὸ ἀπὸ τοῦ ὀμφα-
λοῦ etc.) Voracitas vel ex
morbo, vel ex praua con-
suetudine originem trahit,
et variis nominibus appel-
latur, bulinus, fames ca-
nina, malacia, pica, etc.
Causa ut plurimum latet in
ventriculo, si robustus et
fatis valens est, gastricus-
que humor acris, falsus, ac
irritans deprehenditur. Fer-
menti quoque stomachici
magnus et nimius vigor ali-
quid conferre potest. Por-
ro cita ciborum distributio
et nouorum assumptio, orta
ex mala ventriculi et intesti-
norum conformatione, ver-
mes, alimenta, chylum-
que consumendo et ventri-
culum rodendo, et aliae
res hoc malum procreare
possunt. Exemplum a ver-
mibus est apud Alex. Tral-
lian L. III. c. 3. Mulier
enim, quum multa et im-
modica assumeret, omnia-
que concoqueret, medica-
mento purgante accepto, fa-
staque euacuatione, vermem

longitudinis duodecim cu-
bitorum vel plurium eiecit,
quo facto anxia et irrequie-
ta rabidaque ciborum con-
quieuit appetitio. Sic quo-
que Gelatinus apud Plaut.
Stich. Act. II. Sc. I. v. 1.
sq. bulimo laborauit; dicit
enim: *Famem fuisse suspi-
cor matrem mihi, Nam post-
quam natus sum, satur num-
quam fui.* Et Horat. Epist.
L. I. ep. 15. v. 37. sqq. de
Moenio voraci cecinit: *In-
gluuias, et tempestas, bara-
thrumque Macelli Quidquid
quaesierat ventri donabat
auaro, Exhaustisque bonis
patinas coenabat omasi, Pin-
guis et agnini, tribus vrsis,
quod satis esset.* Athen.
Dipnol. L. X. c. 1. 2. Thes-
salios, Pharsalios, Boeotos,
Aegyptios, Athletas vorac-
es fuisse scribit, simulque
voracitatem Herculis, Vlyssis
et aliorum commemorat.
Ex Posidonio quoque refert,
Theagenem bonem deno-
rasse, quod tamen omnem
excedit fidem. Plura oc-

πρὸς τὸ σῆθος μεῖζόν ἐστιν, ἢ τὸ ἐντεῦθεν πρὸς τὸν αὐχένα.

92 Λάγνος, λευκόχρους, καὶ 93 δασύς, εὐθείαις θρίξιν καὶ παχείαις, καὶ μελαίναις· καὶ 94 οἱ κρόταφοι δασεῖς εὐθείαις θρίξιν· 95 λιπαρὸν τὸ ὀμμάτιον καὶ μάργον.

Φίλυπποι,

quod est ab umbilico ad pectus, maius est, quam quod inde est usque ad collum.

Signa luxuriosi. Qui est albi coloris, et pilosus, rectis capillis, et crassis, et nigris, et tempora pilosa, oculus pinguis et lascivus.

currunt exempla et recentioribus temporibus hominum voracium, quae commemorare non libet. De notissimo autem polyphago et allotriophago Vuitebergensi conf. Viri Cel. Georgii Rud. Boehmeri dissert. Vuitebergae habitam Anno MDCCCLVII.

92. Λάγνος) *Luxuriosus, libidinosus, ganeo.* Suidas et Hesych. exponunt, *effusus ac praeceps in Venerem.*

93. Δασύς) *pilosus.* Averroes, *birsutus.* Pilos ex cute oriri, quum humor ex ea exhalat et euaporat, docet Aristot. de generat. animal. L. V. c. 3. ubi et de pilorum varietate differit. Cur vero luxuriosi pilis quam plurimis praediti sunt, ratio est in promptu; humidior enim vitae ratio

his producendis quam maxime apta est, et calor magnus cum humore, qui viget in corpore.

94. Κρόταφοι) *Tempora.* Rufus Eph. l. i. c. 4. partes a lateribus sincipitis positaе, κρόσση et κρόταφοι appellantur.

95. Λιπαρὸν τὸ ὀμ.) Galen. in com. 5. in Hipp. Epid. VI. videtur τὸ πίων generis loco τοῦ λιπαροῦ καὶ γλυκεῖς accipere, sed πίων et λιπαρὸς saepe synonyma sunt, vide Arist. probl. 23. ὅτι πίων ἐστὶ δ' ὀφθαλμὸς σαρκὸς δὲ οὐθέν, quia optimus oculus, nec carnis quidquam in se continet. Hoc loco autem per λιπαρὸν illa vberior pinguedo intelligitur, quae cava oculi, (ὕποφθαλμία) explet, ita ut non intra orbitam desideant, sed spiri-

Φίλυπτοι, οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες, καὶ 96 γυ-
πώδεις, καὶ θερμοὶ, 97 εὐεκτικὴν σάρκα ἔχοντες,
καὶ γλαφυροὶ τὰ εἶδη, καὶ δασεῖς τὰ περὶ τὴν
κοιλίαν.

Μνήμο-

Signa somnolenti. Amatores autem somni
sunt, qui habent superiora maiora: (*curuipe-*
des,) calidi, habentes carnem boni habitus,
eleganti specie, hirsuti circa ventrem.

tuum, optima sanitate tur-
gescentium, copia eleven-
tur. Luxuriosus enim quoad
habitum imaginem sani re-
fert.

96. Γυπώδεις) Comma-
tion istud, καὶ γυπώδεις, non
agnoscit Intp., apud Polemo-
nem Κεφ. 19. est ὑπνώδεις Syll.
Auerroes autem expressit
illam vocem, *curui pedes*.
Mallem vel ex Polemone
restituere ὑπνώδεις, vel lege-
re γυροὶ ποσί. Curui autem
pedes vel a morboſo ſtatu
fiunt, v. c. in rachitide, vel
ex ſiccitate, qua inaequa-
liter partes in ſeſe contra-
hantur.

97. Εὐεκτικὴν σάρκα etc.)
Lucem haec capiunt ex Hip-
pocr. Somnolentos conui-
viorum amicos, carnosos,
bona concoctione praeditos,
et vigiliarum inimicos dicit
eſſe, unde iſtis bona corporis
diſpoſitio et elegans ſpe-
cies eſt. En loca: de priſca
medicina: S. I. p. 13. οἱ μὲν

γὰρ ἀριτεήσωσι — εὐθὺς βαρέες,
καὶ νωθροὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν
γνώμην, χάσμις τε καὶ νυσα-
γμοῦ. Si enim pransi fue-
rint, — ii continuo graues,
totoque corpore et mente ſe-
gnes euadunt cum oſcitatio-
ne, ſomnolentia. Et de aere,
loc. et aqu. S. III. p. 78.
καὶ οἱ ἄνθρωποι σαρκώδεις εἰσὶ,
καὶ ἀναεθροὶ, καὶ ὑγροὶ, καὶ
ἀταλαύπωροι καὶ τὴν ψυχὴν κα-
κοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. Τὸ τε ῥάθυ-
μον καὶ τὸ ὑπνηρόν ἐστιν ἐν αὐ-
τέοισιν. Ἐς τε τὰς τέχνας πα-
χέες, οὐ λεπτοὶ οὐδ' οἷέες. Ho-
mines carnoſi ſunt, articu-
lis non diſcreti, humidi, la-
bores non ferentes, ac ut plu-
rimum prauī animi. Quin-
etiam ſegnes ſunt et ſomno-
lenti, et ad artes craſſi, ne-
que ſubtiles, neque acuti.
Tandem de rat. viſt. in
morb. ac. S. IV. p. 61. ἀγρυ-
πνίη ἰσχυρὰ πόματα καὶ σιτία
ώμα καὶ ἀπεπτότερα ποιεῖσι. Ve-
hemens vigilia potus ciboſque,
tum crudoſ, tum incoſtiores

Μνήμονες, 98 οἱ τὰ ἄνω ἐλάττονα ἔχοντες, καὶ
99 γλαφύρα, καὶ 100 σαρκωδέεσρα.

ΚΕΦ,

Signa memoris. Qui habent superiora
minora, scita, et carnosia magis.

reddit. Vnde somnolenti, vigilias angue peiores ac cane fugiendo, non solum vi oppositi, bona concoctione gaudent, sed et corpus nutriendo admodum reddunt formosum.

98. Οἱ τὰ ἄνω ἐλάτ. etc.) Ratio huius asserti patet ex opposito, in Aristotele, de anima, L. III. c. 2. in fine. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες, καὶ οἱ νανώδεις, ἀμνημονέστεροι τῶν ἐναντίων, διὰ τὸ πολὺ βάρος ἔχειν ἐπὶ τῷ αἰσθητικῷ, καὶ μὴτ' ἐξ ἀρχῆς τὰς κινήσεις δύνασθαι ἐμμένειν, ἀλλὰ διαλύεσθαι, μὴτ' ἐν τῷ ἀναμνησθεσθαι ῥαδίως εὐθυπορεῖν. Sunt autem et superiora maiora habentes, et nanis similes, minus memoratini, quam contrarii: propterea quod gravitatem multam habent in sensitivo, et quia neque a prin-

cipio motus possunt immanere, neque in reminiscendo facile recte procedunt. Plura huc spectantia vide in Cel. et Exp. Ernesti Platneri, de vi corporis in memoria Spec. I. et Spec. II. Lips. 1767.

99. Γλαφύρα) Auerroes, *pulcra*, id est, bene composita.

100. Σαρκωδέεσρα) Hac voce innuit temperatiora esse debere ignem et aquam, si-ve humidum et siccum, in memoria valentibus: quam temperaturam utique reperimus in carnosioribus. Vide Hippocr. de vict. rat. L. I. S. IV. p. 17. Ἐκ τούτων δὲ ἡ ψυχὴ συγκριθεῖσα, φρονιμωτάτη καὶ μνημονικωτάτη. Ex his autem, ubi contemperatorem animus habuerit, prudentia et memoria maxime valet.

Κ Ε Φ. δ'.

¹ Ὅτι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθεύουσιν ἀλλήλοις.

Δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ² συμπαθεῖν ἀλλήλοις. ³ καὶ τῆς ψυχῆς ἕξις ἀλλοιούμενη, συναλλοιοῖ τὴν τοῦ σώματος μορφήν. πάλιν τε ἡ
 τοῦ

C A P. IV.

De signis particulariter.

Videtur autem mihi anima et corpus compati ad inuicem, et animae habitus alteratus simul alterat corporis formam, et iterum for-

1. Ὅτι etc.) Auerroes hic incipit Cap. VII. cum epigrapha: *Inueniendorum Signorum methodus.*

2. Συμπαθεῖν) Iam ab initio libelli simile quid prodidit autor, ex quo mutuum animum inter et corpus intercedere commercium colligitur; et veteres philosophos habet consentientes, quorum tamen iam commemorare nolo placita. Tamen quae de hac harmonia dicit Lucret. de rerum nat. L. IV. v. 345. sqq. apponam; *Ex ineunte aeuo sic corporis atque animaci Mutua vitales discunt contagia motus. Maternis etiam in membris, alioque reposta; Discidium ut nequeat fieri sine peste maloque: Ut videas, quoniam coniuncta est causa salutis, Coniunctam*

4. "Οσοι δὲ τοὺς πόδας μ.) Pedes paruos, vel tenues vertere potes, quos Plin. L. XI. c. 43. (105.) tribuit feminis: Pedes, ait, homini maximi, feminis tenuiores in omni genere. στενοὺς, strictos, vel natura, vel arte, pedes nimirum constringendo, ne nimiam in molem crescant, quibus artibus deditae feminae, et ἀνάρθρους inarticulatos; non sic verterem, potius tenuibus articulis. Omnia haec, signa de coloris innati et spirituum debilitate sunt. Ceterum Mich. Scotus in Physiogn. Part. II. c. 23. docet sympathiam esse pedis cum femineo genitali: Si pes fuerit, inquit, longus, strictus, et macer, significat vuluam longam, strictam, et macram; et e conuerso. Item mensura medii pedis nudi esse mensurae longitudinis vulvae totius unicuique: unde dixit quidam: ad formam pedis tu nosces vas mu-

τῶν ποδῶν οἱ δάκτυλοι καμπύλοι, ἀναιδέεις καὶ ὅσοις ὄνυχες ⁶ καμπύλοι ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄρνεις, ⁷ τοὺς γαμψώνυχας. ⁸ Οἷς τῶν ποδῶν τὰ δάκτυλα συμπεφραγμένα ἐστὶ, δειμαλέοι ἀναφέρεται

pedum digiti curui, inuerecundi, et quibus ungues curui, referuntur ad aues curuorum vnguium. Quibus pedum digiti coniuncti sunt, stercorosi, referuntur ad or-

licis. Verba autem ἡδῖους δὲ ἰδεῖν, nulla indigent interpretatione, quum bona proportio pedum post hominum memoriam, partem venustatis, elegantiae ac pulchritudinis constituerit.

5. Οἷς τῶν ποδῶν οἱ δ.) Follin. c. 24. prop. 88. p. 216. optime hanc propositionem hunc in modum explicat: Curuatura digitorum pedis a siccitate pendet: nam quae exsiccantur, incuruantur, quod comprimentur partes siccatae, trahantque aliae alias inaequaliter, quod siccitas in omnibus partibus peraeque non dominetur. Itaque eo pacto incuruantur in podagra ab humore exsiccante digiti manuum, et pedum. Calor autem et siccitas audaciae causam esse probauimus in superioribus: Audaces autem sunt imprudentes. Vera ergo propositio.

6. Καμπύλοι) Aldus dat καμπύλοι, perperam.

7. Γαμψώνυχες) Sub aui- bus curuorum vnguium intelligit aquilam, et qui ad eius referuntur genus, sic enim in hist. anim. L. III. c. 10. in fine: τῶν δ' ἐχόντων (ὄνυχας,) τὰ μὲν εἰσὶ εὐθύβυχα, ὥσπερ ἄνθρωπος: τὰ δὲ γαμψώνυχα, ὥσπερ καὶ τῶν πέζων λέων, καὶ τῶν πτηνῶν αἰετός. Inter ea, quae habent ungues, haec aut rectis vnguibus sunt, ut homo; aut aduncis, ut inter pedestria leo, inter volatilia aquila. V. Gal. de usu part. L. III. c. 5.

8. Οἷς τῶν ποδῶν τὰ δ.) Nota hic τὰ δάκτυλα, et paulo ante, οἱ δάκτυλοι. Sylb. Auerr. aliter quam Interpr. reddit: Quibus pedum digiti coniuncti sunt, timidi: referuntur ad coturnices strictorum pedum in lacubus degentes. Interpres legit δειμαλέος, stercorosus. Sed praeterenda Auerr. lectio, quia

ρεται ἐπὶ τοὺς 9 ὀρτυγας τοὺς στενόποδας τῶν
λιμναίων.

10^o Ὅσοις τὰ περὶ τὰ σφυρὰ νευρώδη τε καὶ
διηρθρω-

tygas strictorum pedum in lacubus degen-
tes.

Quibuscumque ea, quae circa talos sunt,

omnes libri typis exscripti,
quotquot vidi, habent δειμα-
λέοι, et quia naturae horum
animalium conuenit.

9. Ὀρτυγας τοὺς στενόποδας)
Hanc lectionem etiam agno-
scit Interpres, *ad ortygas
strictorum pedum*. Sed ve-
rior scriptura esse videtur
ὄρνιθας τὰς στεγανόποδας: qua
de re monuit etiam Gesne-
rus in Coturnice, 345, 48:
vbi συμπεφραγμένους vertit,
arcte coniunctos, velut con-
sepitos. Palustres autem
aues στεγανόποδας esse, indi-
cant haec in hist. animal.
39, 24. τὰ δὲ πλωτὰ, στεγανό-
ποδά ἐστι, et rursus L. VIII.
c. 3. καὶ ὅσοι μὲν στεγανόποδες,
ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι ποιοῦμενοι
τὴν πλείστην διατρίβην. Sylb.
Omnes fere Interpretes
hunc locum mirum in mo-
dum deprauarunt. Argiropylus
vertit, *ortygas*, quae
significant *coturnices*. La-
cuna *coturnices*, cum reli-
quis, at illae in paludibus
non degunt. Ergo Sylbur-
gii emendatio recipienda,
quam et Bapt. a Porta se-

quantus est in Physiogn. L.
II. c. 48. atque intelligit
aues gregales, et addit: fri-
gidi vero, timidi sunt iu-
dicati. Hae autem habent
pedes membrana coniu-
ctos, quod nulli hominum
contingit, nisi monstrosis.
Igitur quum hac ratione
noua suboriri posset dubi-
tatio, addit verba Aristot.
sic accipienda esse, non co-
haerere digitos pedum ad
extremum usque, sed in
principio diuisionis, quod
certe in pluribus conspici-
tur. Inquit enim: *In mul-
tis amicis obseruavi digitos,
in quibus intercipiens mem-
brana fere, usque ad primos
articulos occuparet, et timi-
dissimas deprehendi*. Ratio
autem huius effectus vide-
tur esse caloris penuria,
quae per humoris copiam
imminuitur, et frigiditatem
aeque ac timiditatem indu-
cit. Humiditatis siquidem
copia efficit, vt haec sub-
nascatur cuticula, quam et
artis ope producere vale-
mus.

διηρθρωμένα, εὐρωστοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν γένος. ¹¹ Ὅσοι τὰ σφυρὰ σαρκώδεις καὶ ἀναρθροὶ, μαλακοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ γένος.

¹² Ὅσοι τὰς κνήμας ἔχουσιν ἡρθρωμένας τε καὶ νευρώδεις καὶ ἐρρωμένας, ¹³ εὐρωστοὶ τὴν ψυχὴν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. ¹⁴ Ὅσοι δὲ τὰς κνήμας λεπτὰς

neruosa et articulata, fortes secundum animam, referuntur ad masculinum genus. Quicumque autem sunt talis carnosī, et inarticulati, molles secundum animam, referuntur ad femininum genus.

Quicumque crura habent articulata, et neruosa, et robusta, fortes secundum animam, referuntur ad masculinum genus: quicumque

10. Ὅσοις τὰ περὶ τὰ σφ.) indicant ob vigorem totius corporis. Auerroes ad marginem habet: *De Talis pedum*. Ratio est huius relationis, quia caliditas in eiusmodi hominibus praeualet.

11. Ὅσοι τὰ σφυρὰ etc.) Aldus ubique dat εὐρῶστοι. Ratio in promptu est, quia tales sunt humidioris frigidiorisue temperiei ac naturae.

12. Ὅσοι τὰς κνήμας,) Auerroes ad margin. habet: *De Cruribus*. Eiusmodi autem intelligit crura, quae ex ossibus solidis, firmisque constant musculis, et cum reliquis partibus corporis proportionē conueniunt. Haec quidem fortitudinem

13. Εὐρωστοὶ) Aldus ubique dat εὐρῶστοι.

14. Ὅσοι δὲ τὰς κνήμας) Auerroes, *crura gracilia*. Aristotelem ipsum audiamus, huius rei reddentem causam in *Probl. sect. IV. probl. 32*. Ibi enim aues libidinosas esse dicit, quia femine abundant, et in hominibus, qui claudi, ad quos et gracilia crura referri debent, quia ipsa gracilitas vitium est, eadem fieri asserit: *Διὰ ταῦτ' οὖν καὶ οἱ θενιδες λήγνοι, καὶ οἱ χωλοὶ. Ἡ γὰρ τροφή ἀμφοτέροις, κάτω μὲν ὀλίγη, διὰ τὴν ἀναπη-*

λεπτὰς ¹⁵ καὶ νευσάδεις ἔχουσι, λάγνοι ἀναφέρεται ἐπὶ ¹⁶ τοὺς ὀρνίθας. Ὅσοι τὰς κνήμας ¹⁷ περιπλέους σφόδρα ἔχουσιν, οἷον ὀλίγον διαρρηγνύμενας, ¹⁸ βδελυροὶ καὶ ἀναιδεῖς ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν.

Οἱ ¹⁹ γονύκροτοι, κίναιδοι ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν.

Οἱ

crura subtilia, neruosaque habent, luxuriosi, referuntur ad aues. Quicumque crura superflua habent, et sunt parum disrupta, odibiles et inuerecundi, referuntur ad apparentem decentiam

Qui sunt secundum genua plani, cinaedi, referuntur ad apparentem conuenientiam.

ρίαν τῶν σκελῶν, εἰς δὲ τὸν ἄνω τόπον ἔρχεται, καὶ εἰς σπέρμα συγχρίνεται. Fit etiam ratione communi, ut aues et claudi homines salaces nimirum sint: alimentum enim utriusque, seorsum quidem exiguum profluit, propter vitium cruris: in sublime vero affatim affertur, atque in semen conuertitur.

15. Καὶ) Coniunctio καὶ deest apud Aldum et Sylb.

16. Τοῦς) Articulum τοῦς Aldus non habet.

17. Κνήμας περιπλέους) Auerr. Quicumque crura valde superflua habent. Mihi haec interpretatio, ut et Interpretis, nimium recedere ab auctoris videtur verbis,

siquidem malletm περιπλέους σφόδρα admodum crassa, διαρρηγνύμενας autem parum distantes vertere.

18. Βδελυροὶ) Βδελυρός dicitur, qui turpissimis moribus praeditus est, quibus sibi odia et inimicitias hominum parit. Eius imaginem expressam exhibet Theophrast. in character. ethic. c. 10.

19. Γονύκροτοι) Leon. et Camot. γονύκροτοι, minus apte. Videntur autem γονύκροτοι dici, quibus genua in gressu tam arcte coeunt, ut propemodum collidantur, et complodantur: ut satis declarat Polemonis et Adamantii paraphrasis, Pol.

Οἱ 20 τοὺς μηροὺς ὀσώδεις καὶ νευρώδεις ἔχον-
τες, εὐρώστοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. 21 Οἱ δὲ
τοὺς μηροὺς ὀσώδεις, καὶ περιπλέους ἔχοντες, μα-
λακοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θηλυ.

22 Ὅσοι

Qui habent coxas offeas, et neruofas, for-
tes sunt, referuntur ad masculinum genus:
qui habent coxas offulentas, et superfluas,
molles sunt, et referuntur ad femininum
genus.

L. I. Κεφ. κβ'. Οἱ τὰ γόνατα
ἔσω νεύοντες, γυναικεῖοι τε καὶ
θηλυδρίοι, et Adam. L. II. Κεφ.
η. Οἱ τὰ γόνατα ἔσω νεύοντες,
ὥσπερ συγκρούειν, γυναικεῖοι,
καὶ θηλυδρίοι. Sylb. Aldus et
Du Vallius, et vulgg. dant
γονύκροτοι. Auerr. γονύκροτοι
habet, qui genu flexiles, qui-
bus genna trepidant; ex-
plicantur etiam βλαισοί. Ety-
mol. explicat δ τοὺς πόδας ἐπὶ
τὰ ἔξω διεσφραμμένος, quique
literae λ. similis est, et
βλαισός in Etymol. est, δ βε-
βλαμμένον τὸ ἴσον τῶν ποδῶν.
Interpres cum Follino, ge-
nua plana, prop. 84. p. 112.
Foll. ibi eam defendere vi-
detur, ita tamen ut verae
propius accedat lectioni, ita
enim scribit: *Genna autem
plana ex rotulae planitie fiunt.*
Non est plana in omnibus,
sed leuiter extuberans: Extu-
beratio illa deprimi potest in
puerulis frequenti rotulae ap-
plicatione ad rem duram et

planam: vel si natura tales
efficiat, rotula aptos signifi-
cat ad incumbendum. Cinae-
di vero nefarie incumbunt,
aut pronantur. Ergo est de-
cens conuenientia. De cinae-
dis v. C. III. p. 51. n. 65.

20. Οἱ τοὺς μ.) Auerroes
in marg. *De Coxis.* Eius-
modi autem coxae, quales
hic describuntur, sanum ro-
bustumque denotant, et cui
fortitudo et constantia pro-
pria sunt.

21. Οἱ δὲ τοὺς μηροὺς etc.)
Follinus: *Qui femora ha-*
bent proluxa, atque corpulen-
ta, admodum molles sunt;
nam et id ad feminarum re-
fertur ordinem: sed vox
proluxa, μακρούς, non est in
Graeco, neque in libris im-
pressis Arist., quotquot ad
manus fuere, inueni; qua-
re pro glossmate habeo.
Explicat autem haec verba
hunc in modum: Femora
illa referri ad feminas pro-

22 Ὅσοι δὲ 23 πῦγα μὲν ὀξείαν ὀσώδη ἔχουσιν, εὐρωστοί· ὅσοι δὲ 24 σαρκώδη (25 καὶ) πύονα ἔχουσι,

Quicumque pecten osseum, et acutum habent, sunt fortes: Qui carnosum, et pingue,

habile non est, quibus nates, et femora crassa fuere concessa; de moribus ergo intelligendum, non de charactere: Prolixitas autem illa cum macie siue ossium abundantia, debilitatem formatricis, tum etiam nutricis potestatis, ostendit, unde mores feminei, et mollietates.

22. Ὅσοι) Auerroes ad marg. habet: De Natibus.

23. Πῦγα) Forma πῦξ in h. l. et πηγὴ apud al. nates, clunes, notat, et Pollux affirmat et τὰ πυγαῖα dici. Alias γλουτοί audiunt. Illa autem pars ex Aristot. in hist. anim. L. I. c. 13. sic vocatur, τοῦ δὲ διεξοδικοῦ, τὸ μὲν, οἷον ἐφ' ἑδραν ὃν γλουτός, Partis vero excretoriae, quo subditum quasi stragulum est, nates appellatur: Cf. Ephes. Ruf. in Nomencl. L. I. c. 15. Homini sunt nates carnosissimae, v. Aristot. in hist. an. m. L. II. c. 1. ὁ δὲ ἄνθρωπος τοῦναντίων, σαρκώδη γὰρ ἔχει σχεδὸν μέγιστα τοῦ σώματος τὰ ισχία, καὶ τοὺς μηρούς, καὶ τὰς κνημίας. At homo contra: quippe qui nullam fere sui corporis partem,

tam carnosam habet, quam nates, femora, tibias. Tandem hominem inter omnia animalia, solum nates habere Aristot. docet de part. animal. L. IV. c. 10. Ὁ δ' ἄνθρωπος ἀκερκὸν μὲν ἐστὶ, ισχία δ' ἔχει, τῶν δὲ τετραπόδων οὐδέν. Homo unus cauda vacat, nates habet: quod nulli quadrupedum datum est. Rationem simul subdit, quia solus animalium erectus est. Igitur, ut facile sustinere superiora posset, natura corpulentiam superiori corpori demisit, inferiori addidit. Itaque nates carnosas fecit, et femora, et furas; sed nates vel ad corporis requiem utiles reddidit. Auerroes: Quicumque nates acutas osseas habent, sunt fortes. Quicumque vero carnosae, pinguae habent, molles. Quicumque autem habent modicam carnem veluti desiccata, mali moris sunt, etc.

24. Σαρκώδη) Sanguinis humorumque copia, quae calorem infringit, et emolliat corpus, producit copiam carnis, unde eiusmodi homines utique molles sunt.

ἔχουσι, μαλακοί. 26. Ὅσοι δὲ ἔχουσιν ὀλίγην σάρκα, οἷον ἀπομοργνυμένην, κακοήθεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς πιθήκους.

27. Οἱ ζῶντοι, φιλόθηροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας

habent, molles. Qui autem habent modicam carnem, siccam, desiccata, mali moris sunt: referuntur ad simias.

Quicumque autem bene lumbosi sunt, amatores ferarum: referuntur ad canes et

25. Καὶ) Includa καὶ, addita ex Interpr. *carnosum et pinguem*. Sylb. Auerroes non agnoscit, neque Aldus.

26. Ὅσοι δὲ ἔχουσιν etc.) Follin. prop. 83. p. III. sic reddit: *Qui paucam admodum habent carnem, eandemque veluti ossibus concidentem, astuti et callidi sunt, et referuntur ad simias*. Scholia his adnexa apponere libet, quia bene rem expriment: *Carnis paucitas, ait, penuriam arguit, quae a calore sicco humidum dissipante, et exhauriente, nascitur, tales ergo existunt calidi ac sicci, vehementer biliosi, et iracundissimi, debiles ergo. Astutia vero illos necessario comitatur. Quo enim minus viribus possunt, astutiam sibi comparant, ad necessaria conquirenda, simia autem, quam sit astuta, omnes norunt. Bene ἀπομοργνυμένην exhauriente reddidit, nam*

haec vox de absterfione, et rebus, quae auferuntur saepe usurpatur.

27. Οἱ ζῶντοι) Auerroes ad marginem, *De Lumbis*. Vocem ipsam transfert, *qui lumbosi*, at Interpr. legisse videtur εὐζῶντοι, *bene lumbosi*, ut et Follin. qui sic transfert: *Qui circa lumbos sunt egregie compacti, maxime venatione oblectantur, quod refertur ad leones et canes*. Ζωνή autem, obseruante Erotiano in *Expos.* voc. Hippocr., pro ὀσφύς ponitur. Ὀσφύς autem est pars totius spinæ quinque vertebrae omnium crassissimis maximisque compacta, inter dorsum et os sacrum mediis. Nominis rationem reddit Arist. in *hist. anim.* L. I. c. 10. τῶν δ' ὀπισθεν, διάζωμα μὲν, ἢ ὀσφύς, ὅθεν καὶ τοῦνομα ἔχει. Partem posteriorem lumbi pari structura praecingunt, unde nomen ὀσφύς in-

λέοντας καὶ τοὺς κύνας. Ἴδοι δ' ἂν τις καὶ τῶν
κυνῶν τοὺς Φιλοθηροτάτους ²⁸ ζωνοὺς ἔχοντας.

²⁹ Οἷς τὰ περὶ τὴν κοιλίαν ³⁰ λαπαρὰ, ³¹ εὐρω-
506

leones. Videbit utique aliquis, et canes valde venaticos lumbosos esse.

Quibus ea, quae sunt circa ventrem, pingua,

ditum est. Expressit haec Virg. Georg. L. III. v. 79 sqq. Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix, Argutumque caput, brevis alius, obesaque terga Luxuriatque toris animosum pectus: — Amatores autem venationis esse fortes viros, ob analogiam, quae venationi cum bello intercedit, ac cum victoria, sublumendum est.

28. Ζωνοὺς ἔχοντας) Camot. ζωνοὺς ὄντας, ut Interpr. quoque, lumbosos esse. Pro eodem apud Adamantium est εὐζωνοί, L. II. Κεφ. ια. τὸν δὲ εὐζωνόν, φιλόθηρα ἐννόει et Polem. εὐζοόν. L. I. Κεφ. κβ. τὸν δὲ εὐζοόν ἄνδρα, φιλόθηρα νόει. Sylb. Du Vallius in MS. testatur esse ζωνοὺς ὄντας pro εὐζωνοῦς.

29. Οἷς τὰ π.) Auerroes habet in margine: De ventre. Follinus prop. 85. p. 105., vim infert verbis, atque male hunc locum explicat, primum enim vertit, quibus venter obesus est, quod ne Aristoteles quidem cogitavit, sed, quibus ea,

quae sunt circa ventrem: regiones autem circa ventrem, et venter valde differunt. Secundo, non concoquere possum ipsam interpretationem inde enatam, nam dicit λαπαρὰ non obesus, sed crassus verti debere, sed quibus argumentis penitus desidero. Nihilominus tamen minus sic ait. Crassi vero ventre possunt esse carnosissimi, aut pingues. Crassus venter debet intelligi carnosus, et firmus propter laceratos, et musculos abdominis firmiores, quibus similes reliquos universi corporis musculos concludendum est: Laceratosi autem fortes copia sanguinis, moderati calidi et spirituum. Largior crassum ventrem debere intelligi, et tamen vocem λαπαρὰ verito pinguis, nam pingues partes circa crassum quoque ventrem esse possunt, et vere sunt, et hoc ipse Aristoteles concessurus est.

30. Λαπαρὰ) Leon. et Isingr. λιπαρὰ: itidemque

σοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Ὅσοι δὲ μὴ λαπαροί, μαλακοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν 32 ἐπιπρέπειαν.

33 Ὅσοις 34 τὸ νῶτον εὐμέγεθές τε καὶ ἐρρωμένον, εὐρωτοὶ τὰς ψυχάς. ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν.

bene fortes: referuntur ad masculinum. Quicumque autem non pingues, molles: referuntur ad indecentiam.

Qui spinam magnam et bene fortem habent, fortes sunt anima: referuntur ad ma-

G 2

sequent. v. λιπαροί, quam scripturam licet Interpres quoque sequutus sit, ego tamen cum Camotio λαπαροῦ vocabulum malui: ut apud Polem. L. I. Κεφ. κβ γαστέρες λαπαρά καὶ σαρκώδεις, et Adam. L. II. Κεφ. ιβ. Γαστέρες λαπαρά, εὐρωσίαν ψυχῆς etc. Sylb. Auerr. habet etiam λιπαρά.

31. Εὐρωτοὶ) Aldus dat εὐπαρωτοὶ, falso.

32. Ἐπιπρέπειαν) Aldus dat ἀπρέπειαν. Et sic Auerroes quoque et Interpres legerunt.

33. Ὅσοις.) Auerroes habet in margine: De Dorso.

34. Νῶτον) Νῶτον autem pars posterior corporis a ceruice usque ad μετέφρενον dicitur, vide Ruf. Ephes. in Nomencl. L. I. c. 15. Auerr. vertit, dorsum ingens, In-

terpr. *spina* quasi pro ῥάχιδι sit νῶτον, quae significatio interdum obtinet. Foll. prop. 79. p. 99. sic reddit: *quibus dorsum magnum est, atque robustum, animae vim validam obtinent, et referuntur ad mares, qui vero dorsum habent angustum simul et imbecillum, molles sunt, ac effeminati.* Aristoteles nomine dorsi totam intelligit spinalem medullam cum musculis adhaerentibus, et magnitudinem simul ossium et musculorum eximiam, qua corpus robustum oneribusque magnis gestandis aptum redditur. Animae autem vis valida est in corpore robusto ac sano, propter functiones rite peractas et circulationem humorum aequam.

ρεν. "Οσοι δὲ τὸ νῶτον στενὸν καὶ ἀσθενὲς ἔχουσι,
μαλακοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ.

35 Οἱ δὲ εὐπλευροί, εὐρωστοὶ τὰς ψυχάς· ἀνα-
φέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Οἱ δὲ ἀπλευροί, μαλακοὶ
τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. 36 "Οσοι δὲ
ἐκ

sculinum. Qui autem spinam strictam et imbecillem habent, molles, referuntur ad femininum genus.

Quicumque autem robustis lateribus, fortes sunt secundum animam: referuntur ad masculinum genus. Qui autem non bene costati, molles sunt secundum animam: referuntur ad femininum genus. Quicumque

35. Οἱ δὲ εὐπλευροί etc.) Follin. prop. 37. p. 108. sic transfert: *Qui robustis munjuntur lateribus, plurimum valent animae facultatibus: quod ad masculos refertur, qui vero languidis ac imbecillis, languidam habent animae vim: quod ad feminas est referendum.* Tale vero dorsum, talia latera, robur corporis et bonam indolem notant, neque Follinus reprehendendus, qui in Oratore perfecto eiusmodi robur ad gestus edendos et vocem intendendam requiri statuit: quibus quidem amplitudo pectoris, et libera amplaque respiratio quam maxime necessaria esse videtur.

36. "Οσοι δὲ) Auerroes, *Quicumque autem ex costis circumtumidi sunt.* Bene exprimit περιόγκοι, et sic quoque Follin. prop. 88. p. 108. *Quicumque costarum latera habent praetumida ac tamquam inflata, impense loquaces sunt, atque vaniloqui, quod ad boues vel ranas referuntur.* Ex principiis physiologicis omnis res potest definiri. Scilicet latera talibus tument, siue, si mavis, sunt elatiora amplioraque, propter amplitudinem costarum et organorum respirationis negotio interventionem firmitatem, qua fit, ut non solum liberior respiratio fiat, sed etiam circulatio sanguinis celerior

ἐκ τῶν πλευρῶν περίογκοί εἰσιν, οἷον πεφυστημένοι, λάλοι καὶ μωρολόγοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βούς, καὶ ἐπὶ τοὺς βατράχους.

37. Ὅσοι δὲ (38. τὸ) ἀπὸ τοῦ 39. ὀμφαλοῦ πρὸς τὸ

ex lateribus circumducti sunt, sicut inflati, loquaces, et stultiloqui, referuntur ad boues, vel ranas.

Quicumque autem maius habent quod ab
G 3

procedat, totum corpus vividius reddens, et linguae volubilitatem concedens. Vnde loquacitas, et vaniloquium demum proueniunt.

37. Ὅσοι) Auerroes habet in margine: *De Umbilico*.

38. Τὸ) Inclusus articulus τὸ, deest apud Aldum.

39. Ὀμφαλοῦ) Ὀμφαλός *umbilicus*, sic media illa cavitates, quae est inter ἐπιγάστριον et ὑπογάστριον dicitur. Cutis, quae eam circumdat γραιῖα, *vetula*, appellatur, quod ea corrugata senectam adesse significat. Vide Ephes. Ruf. in Nomencl. L. I. c. 12. Pars illa organica duobus venis totidemque arteriis constat, et in medio οὐράχον habet. Dicitur etiam πρῶτιμῃσις, διὰ τὸ πρῶτον τέμνεσθαι ἐν τοῖς βρέφεσιν, primum enim in infantibus secari solet. Partes, ex qui-

bus constat, sunt ἀκρομφάλιον et μεσομφάλιον summum et medium locum occupantes, γραιῖα siue γραιῖς, de qua modo dictum, et γαγγαμῶν, siue locus ad vmbilicum circumiectus, quem σαγήνην vocant, quod illic in modum sagenae aut retis nervi implicentur. Aristot. in hist. anim. L. VII. c. 8. sic definit: ὁ δὲ ὀμφαλός ἐστι κέλυσος περὶ φλέβας, ὧν ἡ ἀρχὴ ἐκ τῆς ὑτέρας ἐστὶ τοῖς μὲν εὖν κοτυληδύνας, ἐκ τῶν κοτυληδύνων τοῖς δὲ μὴ ἔχουσιν, ἀπὸ φλεβός· *Umbilicus autem velut putamen est circa venas, quarum origo ab utero est, aut acetabulis, si habentur, aut venae commissa est.* Vsum autem descriptum reperies apud Eundem de gener. anim. L. II. c. 4. Διὸ ἐκ τῆς καρδίας τὰς δύο φλέβας ἡ φύσις πρῶτον ὑπέγραψεν· ἀπὸ δὲ τούτων, φλεβία ἀπῆρτηται πρὸς τὴν ὑτέραν, ὃ καλοῦμενος ὀμφαλός·

τὸ 4^ο ἀκροσηθίου μείζον ἔχουσιν, ἢ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀκροσηθίου πρὸς τὸν τράχηλον, βοροὶ καὶ ἀναίσθητοι.

umbilico est vsque ad extremum pectoris, eo, quod est ab extremitate pectoris vsque ad collum, voraces et insensibiles. Vo-

Ἔστι γὰρ ὁ ὀμφαλὸς φλέψ, τοῖς μὲν μία, τοῖς δὲ πλείους τῶν ζώων. Περὶ δὲ ταύτας κέλυφος δερματικὸν δ καλούμενος ὀμφαλός, διὰ τὸ δεῖσθαι σωτηρίας καὶ σκόπης τὴν τῶν φλεβῶν ἀσθένειαν. Αἱ δὲ φλέβες, οἷον εἰς τὴν ὑτέραν συνάπτουσι, δι' ἧν λαμβάνει τὸ κύημα τροφήν. Τοῦτου γὰρ χάριν ἐν ταῖς ὑτέραις μένει τὸ ζῶον, ἀλλ' οὐχ ὡς Δημώκριτός φησιν, ἵνα διαπλάττηται τὰ μέρη κατὰ τὰ μέρη τῆς ἐχούσης. Quocirca ex corde primum venas illas duas natura descripsit, de quibus venulae dependent in uterum, ex quibus, qui umbilicus vocatur, constat. Umbilicus enim vena in aliis simplex, in aliis multiplex est: quam venam putamen cuticulare ambit, quod umbilicus vocatur, quoniam venarum imbecillitas tutelam operimentumque desideret. Venae autem quasi radices contingunt ad uterum, per quas alimentum haurit foetus. Eius enim rei gratia animal in utero manet, non, ut Democritus ait, ut membra formentur secundum membra parentis. Gal.

de usu part. L. X. c. 4. umbilicum medium corporis locum tenere asserit, adversus Aristotelem cordi medium assignans locum. Sed Casp. Hoffmannus in Comm. p. 338. conciliat Aristotelem cum Galeno hoc modo, ut dicat esse umbilicum in medio arithmetico non geometrico, cf. Vitruv. Architect. L. III. c. I.

4^ο. Τὸ ἀκροσηθίου) Inclusus articulus τὸ additus ex Polem. I. Κεφ. 19'. οἷς τὸ ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ χωρίον ἄχρις ἀκροῦ σηθούς, et Adam. II. Κεφ. 17'. ὁπόσοις τὸ ἀπὸ τ. ὁ. similis locus est supra p. 58. l. 3. Sylb. Lat. *extremum pectoris*, id est, septum transversum et cartilago xiphoidea; sicque Foll. prop. 86. p. 106. *Qui regionem, quae inter umbilicum septumque transversum interiacer, maiorem habent ea, quae inter collum septumque transversum vallatur, edaces sunt atque stupidi.* Exacta quidem proportio in omnibus partibus corporis sani requiritur,

τοι. Βοροὶ μὲν, ὅτι τὸ 4¹ τεῦχος μέγα ἔχουσιν,
 ὃ δέχονταί τὴν τροφήν· 4² ἀνάσθητοι δὲ, ὅτι 4³ σπ-
 νότερον

races quidem, quoniam ventrem magnum
 habent, quo appetunt cibum: Insensibiles au-

G 4

quae tamen non regulis
 mathematicis conueniens
 esse debet, vti visum est Els-
 holzio in anthropometria,
 aut pictoribus, qui secun-
 dum spithamas corpus me-
 tiri, atque inde proportio-
 nem aestimare solent.

41. Τεῦχος) Hefych. ex-
 plicat ἀγγεῖον. Auerroes et
 Interpr. *ventrem*. Ampli-
 tudo autem et expansio
 oesophagi, qua fit, vtingens
 alimentorum copia in eo-
 dem possit contineri, iure
 ad causas voracitatis refer-
 tur. Anatomica inspectio
 hac in re nos firmat; Die-
 merbrockius enim in Anat.
 L. I. c. 7. commemorat:
 Schenkium in guloso ven-
 triculum decem cantharos
 continentem, et Spigelium
 quatuordecim libras capi-
 entem vidisse. In medicastro
 quodam, eiusmodi farinae
 homine, obseruauit simili
 modo auctum ventriculum
 Schurigius, cuius Chylolog.
 c. 5. p. 375. consule. Gerh.
 Blaesus quoque in obseru.
 anatt. p. 112. sq. narrat, se
 in famelici corpore dissecto,

intra cor et diaphragma oe-
 sophagum dilatatum, et sin-
 gularem quasi ventriculum
 constituentem, inuenisse.
 Amplitudo tamen non sem-
 per causa voracitatis est, sed
 interdum aliae adsunt, vel
 etiam concurrunt. Nimia
 autem copia alimentorum,
 non solum superflua cen-
 senda, sed et sanitati ad-
 versa, quum pariat in du-
 ctibus obstructions, et
 magnam vaporum copiam,
 quae totum systema neruo-
 rum afficit, atque debilius
 reddit.

42. Ἀνάσθητοι) Interpr.
Insensati, Auerroes, *insen-
 sibles*; Follin. *stupidi*, quae
 omnes interpretationes eo-
 dem redeunt.

43. Σπνότερον τὸν τόπον)
 Vulgatam scripturam σπνό-
 τερον retinui: licet alibi re-
 ctius legatur σπνώτερον, per
 α. Sylb. Aristoteles organa
 sensus circa cor, quod ven-
 triculo satis propinquum
 est, constituere videtur,
 quod ex alio loco patet de
 iuuent. et senect. vita, et
 morte et respiratione, c. 3.

νότερον τὸν τόπον ἔχουσιν αἱ αἰσθήσεις, ⁴⁴ συνενω-
μένου τε τῷ τὴν τροφὴν δεχομένῳ, ὥς τε ⁴⁵ τὰς
αἰσθή-

tem, quia angustum locum habent sensus, atque
in arctum redactum, ab eo, qui recipit cibum;

ὥς ἀνάγκη καὶ τῆς αἰσθητικῆς
καὶ τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς ἐν τῇ
καρδίᾳ τὴν ἐρχὴν εἶναι τοῖς ἐναι-
μοις — ἀλλὰ μὴν τό γε κύριον
τῶν αἰσθήσεων ἐν ταύτῃ, τοῖς
ἐναιμοῖς πᾶσιν ἐν τούτῳ γὰρ
ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πάντων τῶν
αἰσθητικῶν κοινὸν αἰσθητήριον.

*Quare necesse est, et sensiti-
vae animae in corde princi-
pium esse sanguine praedi-
tis. — At vero quod princi-
pale sensuum in hoc, in san-
guinem habentibus omnibus.
In hoc enim necessarium esse
omnium sensoriorum commu-
ne sensorium. Sane, si Ari-
stoteles nostris vixerit tem-
poribus, diceremus ipsum
spolia opima ex quorum-
dam nostratium philosopho-
rum scriptis deportasse. Sed
tamen addit et haec verba:*
διὰ τί δ' αἱ μὲν τῶν αἰσθήσεων
φανερῶς συντείνουσι πρὸς τὴν
καρδίαν, αἱ δ' εἰσὶν ἐν κεφαλῇ.
Διὸ καὶ δοκεῖ τισὶν αἰσθάνεσθαι
τὰ ζῶα διὰ τὸν ἐγκέφαλον.
*Propter quod autem hi qui-
dem sensuum manifeste ten-
dunt ad cor, illi autem sunt
in capite, quapropter et vi-
demus quibusdam sentire ani-
malia propter cerebrum. Igi-*

tur duplicem sensuum se-
dem statuit, quorumdam,
videlicet gustus et olfactus,
in motu cordis, reliquorum
in cerebro. Iam ex his col-
ligimus: homines voraces
esse cachecticos, obstructis
laborare ductibus, bono
chylo destitui, crasso fluido
nerveo praeditos esse, et
propterea torpore membro-
rum, hebetudine sensuum,
atque adeo stupiditate affi-
ci. Accedit et hoc, voraces
neque contentioni studio-
rum, quae ingenium et in-
telligentiam acuunt, se dare,
neque laboriosos esse; se-
cundum tritum illud: *ple-
nus venter non studet li-
benter.*

⁴⁴ Συνενωμένον) Camot.
συνεζωσμένον. Possemus etiam
legere συνηνωμένον, non mul-
tum diuersa significatione.
Sylb. Follin. legisse vide-
tur cum Cam. συνεζωσμένον,
vertit enim: *vallatur.*

⁴⁵ Τὰς αἰσθήσεις βεβαρύν-
θαι) Sensus grauentur. Si-
mile quid de repletionem est
apud Hippocr. de vict. rat.
S. IV. p. 37. Φράσσουσι τοὺς
ποροὺς τοῦ πνεύματος, πολλὰς

αἰσθήσεις βεβαρύνθαι, διὰ τὰς τῶν σιτίων πλη-
ρώσεις ἢ ἐνδείας.

46 "Οσοι δὲ τὰ στήθια ἔχουσι μεγάλα καὶ διηρ-
ρωμένα, εὐρωτοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ
ἄρρεν.

47 "Οσοι δὲ τὸ μετὰφρενον ἔχουσι μέγα καὶ 48 εὐ-
σαρκον,

ita vt sensus grauentur propter repletiones
ciborum, aut indigentiam.

Quicumque autem pectus magnum ha-
bent, et articulatam, fortes sunt secundum
animam: referuntur ad masculinum genus.

Quicumque autem metaphrenon habent
G 5

ἐννεούσης τῆς πλησιμονῆς. *Spiri-
tus meatus opplent, quum
multa insit repletio*, quibus
oppletis et sensus turban-
tur. Sylb. notat Camot. ha-
bere in seq. copulatiue καὶ
ἐνδείας.

46. "Οσοι δὲ etc.) Camot.
habet τὰ στήθια vt ap. Pol.
I. Κεφ. ιθ'. στήθια μεγάλα, et
Adam. II. Κεφ. ιγ'. στήθια μ.
Sylb. Auerroes ad margi-
nem habet, *De Pectore*.
Vertit vero: *Quicumque au-
tem pectus magnum habent,
et dearticulatam, fortes etc.*
Calor enim distendit atque
expandit, animoque forti-
tudinem conciliat, quae, ne
in ferociam transeat, aeris re-
frigerio per pulmones tem-
peratur.

47. "Οσοι δὲ τὸ μετὰφρε-
νον) Auerroes ad margi-
nem: *De Metaphreno*. Quae
pars sub μετὰφρενω sit intel-
ligenda non distincte satis
ex veteribus potest explica-
ri: vi etymī τὸ μετὰ τὰς φρε-
νάς innuitur. Igitur est ea
pars spinalis medullae, quae
a collo pertingit ad lum-
bos, constituitque partem
posteriorem thoracis, quam
Latini *dorsum* appellarunt.
Totam siquidem spinam in
quatuor partes diuidunt,
cervicem videlicet, dorsum,
lumbos, et os sacrum. Vide
Ruf. Ephes. in Nomencl. L.
I. c. 11. et Nostr. p. 82. n. 41.

48. Εὐσαρκον) Aldus dat
ἄσαρκον, ex operarum erro-
re, particulam εὐ cum ἄ con-

σαρκον, καὶ 49 ἄρθρῳδες, 50 εὐρωστοὶ τὰς ψυχὰς ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Ὅσοι δὲ ἀσθενὲς καὶ ἄσαρκον καὶ ἀναρθρον, μαλακοὶ τὰς ψυχὰς. ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. Ὅσοις δὲ 51 τὸ μετὰφρενον
κυρτόν

magnum, et bene carnosum, et articulatum, fortes sunt secundum animam: referuntur ad masculinum. Quicumque autem imbecille, et non carnosum, et inarticulatum, molles sunt secundum animam: referuntur ad femininum. Quibuscumque au-

fundentium, nam vi oppositi infra, debet esse εὐσαρκον, Auerroes quoque habet, *bene carnosum*.

49. Ἀρθρῳδες) Aldus dat ἄρθρῳδεις, vitiose.

50. Εὐρωστοὶ) Intelligit hic animae vim vitalem et animosam: tales enim habent pectus magnum, et bene compactum, a copia caloris et spirituum, a qua robur facultatis vitalis, quae a sanguine pendet, vide Senec. de benef. L. IV. c. 6. Unde sanguinem, cuius cursu vitalis continetur calor.

51. Τὸ μετὰφρενον κυρτόν etc.) Cam. κυρτόν ἐπὶ σφῆδρα. Sylb. Varia sunt spinæ vitia curuitatem producentia, quae recensēbimus. Primo: λόρδωσις, quum vertebrae eius, loco motae in anteriorem partem conuer-

saе sunt, vel incuruatio in anteriora, quum homo vitiosa dorsi spina semper capite prono est, vide Erotian. in Exp. voc. Hipp. voce λορδωτόν. Secundo: κύφωσις, gibbositas, etiam κύρτωσις et ὀπισθοκύφωσις appellata, quum vertebrae loco motae sunt et in posteriorem partem conuertuntur, quod a casu, ictu, et tuberculis duris, anteriorem thoracis partem distendentibus, pulmonemque prementibus aliquando contingit v. Galen. ad aphor. Hipp. VI. 46. Tertio, σκολίωσις in latus distortio, quae et ὕβρωμα dicitur, quum vertebrae loco mouentur et in latus inclinant; tandemque, σείσις, quum vertebrae quidem in suo loco manent, sed earum compago dimouetur v. Gal. com. in L. de artic. III. T. V. p. 287. a. Κύφωσις.

κυρτόν ἐστὶ σφόδρα, οἳ τε ⁵² ὤμοι πρὸς τὸ σῆθος
 συνηγμένοι, ⁵³ κακοήθεις· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπι-
 πρέπειαν, ὅτι ⁵⁴ ἀφανίζεται τὰ ἐμπροσθεν προσή-
 κοντα φαίνεσθαι. Ὅσοι δὲ τὸ μετάφρενον ὑπτίον
 ἔχουσι, ⁵⁵ χαῦνοι καὶ ⁵⁶ ἀνοήτοι. ἀναφέρεται ἐπὶ
 τοὺς

tem metaphrenon curuum est valde, muscu-
 lique ad pectus coacti, mali moris sunt: refe-
 runtur ad apparentem conuenientiam, quia
 pereunt antrorsum conuenientia videri.
 Quicumque autem metaphrenon eminens
 habent, et gloriosi, et non intelligentes: re-

praecipue intelligere Arist.
 docent verba, ὅ τε ἀφανίζε-
 ται etc. quia videlicet in
 parte pectoris antica non
 apparent ea, quae conue-
 nienter ac decenter adspi-
 ciuntur, quales sunt mam-
 mae ornamento feminis
 datae, pectorisque elatio
 venusta, quae facit ad splen-
 dorem gestus.

^{52.} Ὀμοι πρὸς τὸ σῆθος
 etc.) Hanc lectionem etiam
 respexisse videtur Interpres,
 dum vertit: *in arcum re-*
ductum. Sylb. Follin. *muscu-*
lique ad pectus coacti, legis-
 se videtur μῦες. Auerroes
 vero vulgatam retinuit,
humeri ad pectus contracti.

^{53.} Κακοήθεις) *Mali mo-*
ris sunt. Male compactum
 pectus debiles et effemina-
 tos arguit, quam quidem
 imbecillitatem quum celare

nitantur giberosi, ad astu-
 tiam et vafritiem conten-
 dunt, quae ipsis propriae
 quasi, experientia confor-
 mante, esse solent.

^{54.} Ἀφανίζεται) Camot.
 ἀφανίζονται. Sylb. Consentit
 Interpr. At Auerroes le-
 gisse videtur: φαίνονται, red-
 dit enim: *quia apparent ea,*
quae antrorsum, conuenien-
tia videri.

^{55.} Χαῦνοι) Ab omnibus
 fere vertitur, *gloriosi.* Mal-
 lem, *superbi*, nam gloria
 etiam bono sensu accipitur,
 et Latinorum *superbus* opti-
 me respondet τῷ χαυνῷ, quod
 de rebus dicitur, quae hia-
 tibus quibusdam ita didu-
 cuntur, vt laxiores fiant,
 ac de inflatis, tumidis, quae
 bene conueniunt in super-
 bos. Atqui pectore qui sunt
 eminenti, et viribus animi

τοὺς ἵππους. 57 Ἐπεὶ δὲ οὔτε κυρτὸν σφόδρα δεῖ εἶναι, οὔτε κοῖλον, τὸ μέσον ζητητέον τοῦ εὖ πεφυκότος.

58 Ὅσοις

feruntur ad equos. Quoniam autem neque curvum vehementer oportet esse, neque concavum metaphrenon, medium quaerendum bene nati.

et corporis pollere sibi persuadent, et spirituum copia potissimum imaginationis vim afficit. In pectore siue corde nasci superbiam Plin. L. XI. c. 37. asserit: *Superbia alicubi conceptaculum, sed hic sedem* (in oculis) *habet. In corde nascitur, huc subit, hic pendet.*

56. Ἀνοήτοι.) Auerroes melius quam Interpr. insipientes, nam ἀνοήτος idem est ac ἄφρων, qui a rationis tramite aberrat longissime. Dispositio animi vero talis e superbia generatur, quod apparet ex eo, quia interdum ex superbia, et ex idea fixa quidam sibi maniam contrahere solent.

57. Ἐπεὶ δὲ οὔτε κ.) Follin. prop. 83 p. 104. reddit: *Qui metaphrenon mediocriter constitutum habent, sunt bene nati.* Auerr. "Quum autem neque curvum vehementer esse oportet, neque concavum, quaerendum," (excidit procul dubio

vox, *medium*, seu mediocre) *bene formati.* At non ad formam corporis, sed ad animum transferendum. Ergo malletm collinum sequi, atque *bene nati* explicare de animo ingenuo, qui dotes a natura concessas virtutis cultu et artium liberalium institutis polit atque perficit. Nec sine causa usus est vocabulo μέσον ζητητέον, quod omnino de virtute explicandum, ita enim Aristot. de morib. L. II. c. 9. Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἡ ἡθικὴ μεσότης, καὶ πῶς, καὶ ὅτι μεσότης δύο κακιῶν τῆς μὲν, κατ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ, κατ' ἑλλειψιν καὶ ὅτι τοιαύτη ἐστὶ διὰ τὴν σοχαστικὴν τοῦ μέσου εἶναι τῇ ἐν ταῖς πράξεσι καὶ ταῖς πράξεσιν. Virtutem igitur moralem mediocritatem esse, atque id quomodo: mediocritatemque esse duorum vitiorum, quorum alterum per excessum, alterum per defectum sit, nec non eiusmodi eam esse, quod medii coniectrix est, quod in

58^ο Ὅσοις 59 αἱ ἐπωμίδες ἐξηρθευμέναι, καὶ οἱ ὦμοι, εὐρωστοὶ τὰς ψυχὰς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν, 60^ο Ὅσοις δὲ οἱ ὦμοι ἀσθενεῖς, ἀναρθεοὶ, μαλακοὶ τὰς ψυχὰς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. 61 Ταῦτα λέγω ἅπερ περὶ ποδῶν καὶ μηρῶν.

^ο Ὅσοις

Quibuscumque ceruix articulis eminentibus, et scapulae, fortes sunt secundum animam: referuntur ad masculinum: quibus ceruix imbecillis, et inarticulata, molles sunt secundum animam: referuntur ad femininum. Haec dico, quae dixi de pedibus et coxis.

affectibus actionibusque existit.

58. Ὅσοις) Auerr. ad marg. habet: *De Ceruice et Humeris.*

59. Αἱ ἐπωμίδες) Auerr. et Interpr. *Ceruix articulis eminentibus.* Rufus autem Ephes. in Nomencl. L. I. c. I. partes, quae a tendine ad humeros pertineant, ἐπωμίδες dici affirmat, hoc loco autem hae partes simul articulos et ceruicem includunt. Follin. *Qui crassam habent ceruicem, robustam animi vim obtinent.* Rationem reddit, quae nostram firmat interpretationem: prop. 70. p. 93. *Crassa ceruix, inquit, efficitur ex ossium illius crassitie, tum ex musculorum magnitudine, qui collo adhaerent, illudque*

constituunt: saepissime autem ossium crassitiem et musculorum significant, robur naturae efformantis, et ministri illius caloris.

60. Ὅσοις δὲ οἱ ὦ.) Auerroes: *Quibuscumque autem ceruix et humeri imbecilles, et inarticulati, molles sunt secundum animam.* De ceruice nihil in Graeco, ergo ex antecedenti propositione huc tralatum. Follin. *Qui vero tenuem, languidam, et imbecillem, referuntur ad feminas.* Sed languidam, ἀπορούς, non est in Graeco, nisi in ἀναρθεοὶ hanc inesse notionem forte crediderit.

61. Ταῦτα) Hanc vocem etiam agnoscit Interpres, haec dico: sed rectius fortasse ταῦτα λέγω καὶ περὶ μηρῶν, καὶ περὶ ποδῶν Sylb.

ἽΟσοις ⁶² ὥμοι εὐλυτοὶ εἰσιν, ἐλεύθεροι τὰς ψυχὰς ἀναφέρεται δὲ ⁶³ ἀπὸ τοῦ φαινομένου, ὅτι πρέπει τῇ φαινομένῃ μορφῇ ἐλευθεριότης. ⁶⁴ Ὅσοις δὲ

Quibuscumque autem scapulae bene solutae sunt, liberales sunt secundum animam: referuntur ad apparentem, quia conuenit apparenti formae liberalitas. Quibus vero

Aboolit Benroist quoque, *haec dico.* Aldus, ταῦτα λέγω ἅπερ περί. Quam quidem lectionem, librorum manu exaratorum auctoritate, firmari in margine notat Du Vallius.

62. Ὡμοι) Ὡμος dicitur totum illud, quod in articulatione brachii cum omoplata apparet sensibus. Aristoteles autem ut plurimum pro scapula, aut articulo humeri usurpat, unde non mirum, si Interpr. et Follin. reddant *scapulae*, et Auerroes *humeri*. Foll. versio eodem propemodum redit: *Quibuscumque scapulae sunt latae, magnae et distantes, liberales sunt.* Nam si latae sunt, sunt etiam bene solutae. Pendet vero illa latitudo, tum a latitudine partis superioris pectoris, nimirum costarum primarum, tum etiam a longitudine clauicularum, quae quo longiores sunt

omoplatae, eo magis distantesprehenduntur. Itaque largi scapulis etiam largi manibus, quia viribus corporis sui confidunt, rebusque terrenis non maiorem tribuant vim, quam quae ipsis competat, ideoque in bonis sibi concessis distribuendis felicitatis suae aliquam ponant partem. Videndum tamen ne liberalitas peruersa fiat, qualis Caligulae fuisse memoriae proditum est.

63. Ἀπὸ τοῦ φ.) Camot. ἐπὶ τὸ φαινόμενον: ut Interpr. quoque vertit, *ad apparentem.* Sylb. Quam lectionem Cam. MSS. firmari in margine notauit Du Vallius.

64. Ὅσοις δὲ οἱ ὥ.) Follin. *Quibus vero strictae, et contractae scapulae, illiberales.* Auerroes et Interpr. magis ad verbum *conuulsae*, id est, spastice contractae.

δὲ οἱ ὤμοι δύσλυτοι, συνεσπασμένοι, ἀνελεύθεροι ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν.

65 Οἷς τὰ περὶ τὰς 66 κλεῖδας εὐλύτα, αἰσθητικοί. Εὐλύτων γὰρ ὄντων τῶν περὶ τὰς κλεῖδας, εὐκόλως τὴν κίνησιν τῶν αἰσθήσεων 67 δέχονται. 68 Οἷς δὲ τὰ περὶ τὰς κλεῖδας 69 συμπεριπεφραγμένα

difficulter solubiles, conuulsae, illiberales: referuntur ad apparentem conuenientiam.

Quibuscumque autem ea, quae sunt circa clauem colli, bene solubilia, sensibiles: nam bene solubilibus existentibus, quae sunt circa clauem, facile motum sensuum recipiunt. Quibus vero, quae circa claues sunt,

65. Οἷς) Auerroes notat in margine: *De iis, quae sunt circa clauem colli.*

66. Κλεῖδας) Auerroes et Interpr. clauem. Foll. Quibus clauiculae agiles sunt, acumen sensuum valent, nam quum clauiculae facile soluantur, facile sensuum species excipiunt. Illa ossa tortuosa et inaequalia, sternum cum omoplatis ligantia, facile moueri possunt, musculorum mollitiei moderata. Mollities autem bonam temperiem indicat. Musculos reliquasque clauiculae partes adnatas designari, colligendum est ex verbis τὰ περὶ τὰς κλεῖδας. Acumen autem sensuum ex mollitiei partium musculosarum prouenire docet Arist. de anima, L. IX. c. 2. οἱ μὲν

γὰρ σκληρόσκαρκοι, ἀφυσὶς τὴν διάνοιαν· οἱ δὲ μαλακόσκαρκοι, εὐφυσὶς. Duri enim carne inepti, molles autem carne bene apti, (acuti ingenii). Itaque agilitas clauicularum agilitatem sensuum producit, agilitas sensuum ingenii perspicaciam, iudicii-que acumen.

67. Δέχονται) Camot. compos. παραδέχονται. Sylb. Lectio haec ex sequenti παραδέχεσθαι a librario conficta.

68. Οἷς δὲ etc.) Follin. prop. 76. p. 98. Quibus clauiculae difficulter commouentur, animo sunt obtusi, clauiculis namque difficile commotis, qui fieri potest, ut sensus in percipiendis rebus sensibilibus non intelligant?

69. Συμπεριπεφραγμένα) Ca-

μένα ἐσιν, ἀναισθήτοι. Δυσλύτων γὰρ ὄντων τῶν περὶ τὰς κλεῖδας, ἐξ αδυνατοῦσι τὴν κίνησιν παραδέχεσθαι τῶν αἰσθήσεων.

70. Ὅσοι τὸν 71 τράχηλον παχὺν ἔχουσιν, εὐρωστοὶ τὰς ψυχάς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ ἄρρεν. Ὅσοι δὲ λεπτὸν, ἀσθενεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ. Οἷς τράχηλος 72 παχὺς καὶ πλέως, θυμοειδεῖς· ἀνα-

conclusa sunt, insensibiles: difficulter enim solubilibus existentibus his, quae circa clavem, impotentes sunt recipere motum sensuum.

Qui collum grossum habent, fortes sunt secundum animam, referuntur ad masculinum, qui autem habent subtile, imbecilles sunt: referuntur ad feminas. Quibuscumque collum grossum, et carnosum, iracundi;

mot. συμπεφεγγότα: Interpr. conclusa. Sylb. Interpres sequutus est Auerroem. Συμφράσσειν bene expressit Cicero de Fato c. 5. *obstructa et obdurata*; stupiditatisque notam esse affirmat.

70. Ὅσοι) Auerroes ad marg. habet: *De Collo*.

71. Τράχηλον) Totam illam partem τῆς ῥάχεως capiti proxime subditam et annexam, spondylisque septem constantem, τράχηλον medici nominare solent. Αὐχλὴν quoque et δειρή interdum appellatur, cf. Ruf. Eph. in Nomencl. l. 1. c. 9. et Galen. de ossibus c. 7. 8.

Vocem παχὺν Follin. vertit, *crassum*; λεπτὸν vero *tenuem*, Auerroes, *gracilem*. Et ossium et musculorum crassities et tenuitas hic in censum venit.

72. Παχὺς καὶ πλέως) Πλέως, more communi Interpres vertit, *carnosum*. Sylb. Aldus habet πλέον. Auerroes reddit, *crassum et carnosum*. Porta, *crassum et plenum*. Crassities et plenitudo carnosarum partium docet, eas esse compactas, firmas, duras. Ex duritie autem carnis colli ad duritiem cordis Physiognomones concludunt, quippe quum cor

ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς θυμοειδεῖς ταύρους. 73 Οἷς
δὲ εὐμεγέθης, μὴ ἄγαν παχύς, μεγαλόψυχοι
ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. 74 Οἷς λεπτός, μα-
κρός,

referuntur ad iracundos tauros. Quibuscum-
que autem est bene magnum, non valde gros-
sum, magnanimi: referuntur ad leones. Qui-

aeque sit musculosa pars. Cordis vero duritiem ex
caloris abundantia, quae
illud ficcioris naturae effi-
cit, provenire, iidem do-
cent; ex qua demum illa
pertinacia, quae iracundia
dicitur, originem trahit.
De irae vero et iracundiae
differentia consulendus Se-
neca de ira, L. I. c. 4.

73. Οἷς δὲ εὐμ.) Auerroes
reddit: Quibus autem est in-
gens, non valde crassum, ma-
gnanimi. Follin. prop. 72.
c. 94. paulo aliter: Quibus
teruix non est admodum cras-
sa, sed oblonga et procerosa,
bi sunt magnanimi. Quam
quidem interpretationem
sic firmare nititur: Hanc
esse genuinam textus versio-
nem, probatur ex his, quae
Aristoteles tradidit de Leone
principio huius operis. Quum
inquit: Leonis cervicem esse
oblongam, crassitie medio-
trem. Magnanimitas est ex-
telsi atque inuicti animi ma-
gnitudo et robur, atque fir-

mitas ad res magnas geren-
das. Haec autem virtus de-
bilibus non innascitur, sed
robustis: robur autem cor-
poris significatur mediocri
crassitie et longitudine cervi-
cis, in quibus robur effor-
matur, crassitie autem me-
diocris firmitas adiungatur
est necesse, quo cordis medio-
cris quantitas significatur,
ut superius ostensum est, ad
magnanimitatem necessaria,
referri autem ad leones aper-
tum est ex colli charactere,
et virtutis genere, licet in
leone ferocitas dicatur non
virtus, quia ratione non re-
gatur.

74. Οἷς λεπτός) Auerroes:
Quibus est longum, gracile.
Follin. Quibus cervix est
praetenuis et proluxa, timidi.
Anima videlicet ex neruo-
rum colli ac musculorum
tenuitate, imbecillitatem
consequuta est, quae timo-
rem producit. Timoris au-
tem descriptionem habes in
Theophrasti Char. eth. c. 3.

κρὸς, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἐλάφους. 75 Οἷς
 δὲ βραχὺς ἄγαν, ἐπίβουλοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς
 λύκους. 76 Οἷς τὰ 77 χεῖλη λεπτά, καὶ 78 ἐπ' ἀκραις
 ταῖς

bus est longum, subtile, timidi sunt: refe-
 runtur ad ceruos. Quibus autem breue val-
 de, dolosi, et insidiatores: referuntur ad
 lupos. Quibus sunt labia subtilia, et in extre-

75. Οἷς δὲ βρ.) Vox Dolosi, quam Auerroes et Interpr. habent, non est in Graeco, neque apud Follin. prop. 74. p. 95. sic enim: Quibus ceruix est breuiuscula, sunt insidiatores etc. Operae pretium est verba transscribere ipsius, interpretationis loco: Vnius, ait, animalis una proprietas est, omnes vero lupo attribuunt voracitatem, fame namque obsessum terram vorare tradunt: Insidias autem, et astutiam vulpi, ut colligere est ex fabulis Aesopi, in quibus saepe lupo a vulpe delusus dicitur: suas quin etiam astutias unum quodque animal habet, quibus alios aut decipit ad victus, aut alterius rei commoditatem. Quare quum vorax sit, plures insidias animalibus reliquis parare facile existimauerim. Sed voracitas causa insidiarum. An qui lupo ceruice est similis, sit etiam par moribus; si ad colli breuitatem voracitas sequitur, voraces, quia multa vorant et

bona obliguriunt, ad edulia comparanda astutiis pleni sunt. Verum quae similitudo colli brevis ad hepatis vastitatem, ex quo voracitas. An qui collo sunt breui, hepate magno existunt? Brevis ceruix crassa esse solet, quod enim detrahatur longitudini, latitudini adiungitur. Magnum autem iecur excedit latitudine, quare si proportio seruetur membrorum aliqua in corporibus, quum ceruix est, ut hepar latum sit, probabile videtur.

76. Οἷς τὰ χ.) Auerroes habet in margine: De Labiis, et τὰ χεῖλη λεπτά reddit, labia gracilia. Interpretatio Follini prop. 62. p. 84. sic se habet: Labia tenuia eadem laxa iuxta labiorum angulos: ita ut partes superiores cadant super inferiores, ii magnanimi sunt: quod nimirum ad leones refertur; id etiam videre licet in procerosis simul ac robustis canibus.

ταῖς συγχειλίαις χαλαρὰ, 79 ὡς ἐπὶ τοῦ ἄνω χεί-
λους πρὸς τὸ κάτω ἐπιβεβλησθαι τὸ πρὸς τὰς
συγχει-

mitatibus laxa, ita, vt superius labium ad infe-
rius protendatur ad coniunctionem labiorum,

H 2

77. Χείλη) Labia, sic di-
cta haud dubie παρὰ τὸ χεῖν
λόγους: quod sermonem emi-
tant et fundant. Oris ex-
tremitates musculosae, ipsam
vicissim claudentes aperien-
tesque, hoc nomine insigni-
untur. Varias partes la-
biorum variis gaudent no-
minibus; sic πρόχειλον est,
quod in labiis prominet,
μάσταξ et λογεῖον secundum
Poll. est labiorum sectio,
quae τὸ εἶμα efficit, πρεσβύ-
μιον siue προσομία labiorum
mutuus congressus: φίλτρον
cavitas, quae superiori, et
τύπος et νόμφη quae inferio-
ri labro inest. Musculi qui-
bus constant, sunt vel com-
munes vel proprii. Commu-
nes sunt semiorbiculares, su-
prasebiorbiculares, bucci-
natores, zygomatici maio-
res. Proprii labii superio-
ris, zygomatici minores,
canini, incisores laterales,
incisores medii. Proprii
labii inferioris, triangula-
res, collaterales triangula-
rium, quadratus, incisores
inferiores, platysmamyoi-
des siue cutanei. De qui-

bus omnibus fusius Wins-
lowius in Expof. anat. corp.
hum. T. IV. P. II. Tract.
de capite p. 252. In nu-
mero autem variant Ana-
tomici, Galenus de vfu
part. L. XI. c. 16. quatuor
tantum agnoscit.

78. Ἐπ' ἄκραις συγχειλίαις)
Nullus interpretum vocem
συγχειλίαις expreflit, qua no-
tantur extremitates, quibus
iunguntur labia, in quibus
conspirant arctique cohae-
rent. At paulo inferius ad
coniunctionem labiorum red-
diderunt.

79. Ὡς ἐπὶ τοῦ) Inter-
pres videtur legisse, ὡς τὸ
ἄνω χεῖλος πρὸς τὸ κάτω ἐπιβε-
βλησθαι πρὸς τὰς συγχειλίαις,
ita vt superius labium ad in-
ferius protendatur ad con-
iunctionem labiorum, vt pau-
lo post, καὶ τὸ ἄνω τοῦ κάτω
προκρέμωμενον, et apud Pol. I.
Κεφ. ιδ'. Χείλη χαλαρὰ ὡς ἐπι-
βεβλησθαι τῷ κάτω τὰ ἄνω, et
ap. Adam. II. Κεφ. ιζ'. ὡς ἐπι-
βλησθαι τοῖς κάτω τὰ ἄνω. Sylb.
Auer. Interpretis agnoscit
lectionem.

συγχειλίας, ⁸⁰μεγαλόψυχοι ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς
λέοντας. Ἴδοι δ' ἂν τις τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν μεγά-
λων καὶ εὐρώσων κυνῶν. Οἷς τὰ χεῖλη ⁸¹λεπτὰ
σκληρὰ, ⁸²κατὰ τοὺς κυνόδοντας τὸ ἐπανεσηκός,
οἱ οὕτως ἔχοντες, ⁸³εὐγενεῖς ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς
ῥς.

magnanimi sunt, referuntur ad leones. Vi-
debit utique aliquis hic et in magnis et in
fortibus canibus, quibus labia subtilia, dura,
circa dentes caninos supereminentia. Qui
ita habent, ignobiles: referuntur ad fues.

80. Μεγαλόψυχοι) Labio-
rum quidem elegantem et
modestam compositionem,
quae in competente iuxta
nutum animi motione mu-
sculorum consistit, boni ha-
bitus signum esse satis con-
stat. Sed quomodo structura
labiorum possit magnitudi-
nem animi declarare, non
statim patet. Forte hoc mo-
do: Siccitas et calor coar-
ctant atque membra red-
dunt firma, hinc tenuitas.
Laxitas autem hoc loco
idem est ac propensio in
longitudinem, ad quam
abundans materia requiri-
tur. Ergo siccitas et calor
materiam illam abundan-
tem versus exteriora pro-
pulsant, atque adeo illa
longitudo propendens te-
stimonium perhibet, adesse
internam caliditatem atque
siccitatem. Vbi autem ca-
lor et siccitas, ibi robur na-

turae; vbi robur naturae,
ibi magnitudo animi.

81. Λεπτὰ, σκληρὰ etc.)
Gracilia et dura, circa d. etc.
Similitudo desumpta est a
conformatione partium. Os
enim prominens fues re-
fert, et aliquam imperfe-
ctionem formatricis virtu-
tis prodit, atque adeo ali-
quid ignobile, vel potius,
quod externo decore, ve-
nustati faciei, aduersatur.

82. Κατὰ τοὺς κυνόδοντας.)
Interpres legit, κατὰ τοὺς
κυνόδοντας ἐπανεσηκός, circa
dentes caninos supereminentia.
Adamant. infra II. Κεφ. ιξ'.
ὅσοις κατὰ τοὺς κυνόδοντας κο-
ρυφούται τὰ χεῖλη, itidemque
Polemo I. Κεφ. ια. iisdem
verbis. Sylb. Interpr. sequi-
tur Auerroes, circa dentes
caninos supereminentia.

83. Εὐγενεῖς.) Interpres
legit ἄγενεῖς, ignobiles. Sylb.
Et Auerroes facit cum In-

ὅς. 84 Οἱ δὲ χεῖλη παχέα ἔχοντες, 85 καὶ ἄνω
τοῦ κάτω προκρεμώμενον, μωροί· ἀναφέρεται ἐπὶ
τούς

Qui autem grossa labia habent, et superius in-
feriori propendens, fatui: referuntur ad

H 3

terprete, cuius etiam vera
lectio est.

84. Οἱ δὲ χεῖλη) Aldus
inferit τὰ, οἱ δὲ τὰ χεῖλη.
Follin. prop. 63. p. 85. sic
reddit totum hunc cano-
nem: *Quicumque crassa sor-
tiuntur labra, sed inferiore
superius magis demissum,
stulti, referuntur ad asinos.*

85. Καὶ ἄνω κ.) Aldus in-
ferit τὸ, καὶ τὸ ἄνω. Προ-
κρεμώμενον, est, *demissum, pro-
pendens, prominens.* Non
mirum, si labrum superius
demittitur, quum pendu-
lum est; tamen in quamplu-
rimis hoc, ob venustatem
faciei, natura minime voluit
feri. Itaque si fit in ho-
mine praeter naturae ordi-
nem, causa in abundantiam
humoris, a quo emollitae
carnes extendantur, et de-
mittuntur, est referenda.
A copia autem humiditatis
oritur fatuitas. Quae, si
morbus est, ex Paulo Aegin.
L. III. c. II. vel ex siccita-
te, vel ex humiditate ori-
ginem trahit: αἰτίαν δὲ σχή-
σουσιν (μωρώσεις καὶ μνήμης ἀπώ-
λει) καὶ νῦν, τὴν συστάσαν

δυσκρασίαν. Ἄλλ' εἰ μὲν ὑγρὰ
μόνον εἴη, καὶ τε μνήμης καὶ τοῦ
λογισμοῦ κάκωσιν οἴσει, νοθεύ-
τητάς τε καὶ καταφοράς, καὶ
ὑπνους μακροὺς καὶ βαθεῖς. Εἰ
δὲ μετὰ ψυχρότητος, κάρους τε
καὶ ληθάργους. Ὡσαύτως δὲ
καὶ ἡ ξηρότης μὲν ἀγρυπνίας
ἐπάγει, μετὰ δὲ θερμότητος,
παρεφροσύνας τε καὶ φρενιτίδας.
Συνίστανται δὲ αὐτὰ αἱ δυσκρα-
σίαι, ποτὲ μὲν κατὰ τοὺς χυ-
μοὺς, ποτὲ δὲ κατὰ τὰς ἐγκε-
φάλου κοιλίας ἢ κατὰ τὰ ἐν αὐ-
τῷ ἀγγεῖα, ἡγούν κατὰ τὴν παρ-
εσπαρμένην ὑγρότητα, κ. τ. λ.
*Causam vero habent commu-
nem, (fatuitas et memoriae
amissio) consistentem ac con-
stituentem ipsas intemperiem.
Verum si haec humida solum
fuerit, et memoriae et ra-
tionis vitiationem inducet, et
torpores, et in somnum dela-
tiones, et somnos longos et
profundos: si vero cum fri-
gidityte, sopores et lethar-
gos: eodem modo etiam sicci-
tas, sola quidem vigilias in-
ducit, cum caliditate vero
deliria et phrenitidas: Con-
sistunt autem haec intempera-
turae quandoque in humori-*

τοὺς ὄνους τε καὶ πιθήκους. Ὅσοι δὲ τὸ ἄνω χεῖ-
λος, καὶ ⁸⁶ τὰ οὖλα προεσηκότες ἔχουσι, ⁸⁷ φιλο-
λοῖδοροι. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ⁸⁸ κύνας.

⁸⁹ Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἄκραν παχεῖαν ἔχοντες, ⁹⁰ ῥά-
θυμοι

afinos. Quicumque autem superius labium
et gingivas praecminentia habent, amatores
sunt contumeliarum: referuntur ad canes.

Quicumque autem nasum extremum gros-

bus, quandoque in cerebri
ventriculis, aut in ipsius va-
sis, aut in dispersa humidi-
tate etc.

⁸⁶. Τὰ οὖλα) Gingivae,
sic dicuntur τὰ περὶ ὀδόντας
περιέποντα σαρκεῖα, caruncu-
lae dentibus circumpositae,
quarum connexio χαλινὸς
vocatur. Vide Ruf. Ephes.
in Nomencl. L. I. c. 8.
Gingivae autem ossis man-
dibulae superioris sequun-
tur efformationem, elatum
igitur os mandibulae gingi-
vas elatas, labrumque la-
tum ac prominens facit,
vnde audax superbia, qua,
quum partibus corporis alios
superant, excellentiores se
tales homines esse cre-
dunt; si vero ab aliis se
despici intelligant, ad con-
vicia et maledicta confu-
giunt, quibus iniurias pro-
pellere student.

⁸⁷. Φιλολοῖδοροι) Auerroes
et Interpr. amatores sunt
contumeliarum. Follin. prop.

64. p. 86. ad convicia, ad
maledicendum proni.

⁸⁸. Κύνας) Zootomia do-
cet canes eiusmodi labra
gingivasque non habere,
vnde Aristotelis verba de
moribus sunt accipienda,
quibus mordendo latrando-
que iniurias remouent.

⁸⁹. Οἱ δὲ τὴν ῥ.) Auer-
roes in marg. habet: De
Naso. Et sic reddit: Qui
autem nasum extremum cras-
sum habent, segnes; Fol-
lin. prop. 53. Qui pinnulas
narium sortiuntur crassas,
pigri admodum sunt, refe-
runtur ad boues. Bene, nam
πτερυγία intelliguntur, quod
apposita vox ἄκρα docet.
De nasi partibus vide Eph.
Ruf. in Nomencl. L. I. c. 4.
Gal. de usu part. L. XI. c.
17. de ossibus c. 4. et alios.

⁹⁰. Ῥάθυμοι) De iis potis-
simum haec dicitur vox, qui
leues tantummodo amant
labores, qui omnem con-
tentionem fugiant, et tan-

θυμοί ἀναφέρεται 91 ἐπὶ τοὺς βούς. 92 Οἱ δὲ
τὴν ῥίνα 93 ἀκρόθεν παχεῖαν ἔχοντες, ἀναίσθητοι
ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄς. 94 Οἱ τὴν ῥίνα ἀγρὰν
95 (ὀξεῖαν)

sum habent, rathymi sunt, id est, facilem
animum habent ad concupiscendum, referun-
tur ad boues. Qui autem nasum in extremi-
tate grossum habent, insensibiles sunt, refe-
runtur ad fues. Qui nasum extremum acu-

H 4

dem in oppositione τοῦ φι-
λόπονου, segnes, pigri. Dis-
piciendum autem, quomo-
do pigritiae signum pinnu-
lae narium esse possint?
Musculi scilicet interni et
externi exigui, cartilagini
nasi adhaerentes, apti po-
tissimum sunt, ad clauden-
dam et dilatandam extre-
mam narium partem; quae
pars si crassa deprehendi-
tur, carnositatem et mol-
litiem indicat, et molles
nervos masculosque arguit,
qui lentum efficiunt motum
sanguinis, humorum, et to-
tius corporis, et inde pi-
gria oritur.

91. Ἐπὶ τοὺς βούς) Boues
sunt signum laboris, vn-
de in inscriptionibus, BOS
ARATOR. Quomodo ve-
ro pigritiem adumbrare
potest? Procul dubio pro-
pter tarditatem gressuum.

92. Οἱ δὲ τὴν ῥί.) Follin.
prop. 54. p. 74. Qui nares

superiori parte densas ha-
bent, sensibus stupidi sunt.
Densitas carnis vero diffi-
culter sensus recipiendo,
obtusum efficit sensum, atque
stupiditatem procreat; fues
autem propter crassitiem
corporis non subtilibus sen-
sibus pollere, satis constat.

93. Ἀκρόθεν) Interpres
pro ἀκρόθεν habet, in extre-
mitate. Syllb. Et sic Follin.
quasi ἐν ἀκρῷ siue ἐν ἀκρότητι
legendum.

94. Οἱ τὴν ῥί.) Auerroes:
Qui nasum extremum acu-
tum habent, saepe irascibiles
sunt. Follin. Qui nares ha-
bent oblongas, et in acutum
desinentes, iracundi sunt.
Vterque cum Interpr. pote-
statem vocis δύστρογοι bene
expresserunt. Acutis au-
tem naribus sunt plerum-
que macilenti homines prae-
diti, calore ac bile abun-
dantes, vnde iracundia.

95 (ὀξεῖαν) ἔχοντες, δύσοργητοι ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. 96 Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα περιφερῆ ἔχοντες, 97 ἄκραν μὲν, ἀμβλεῖαν δὲ, μεγαλόψυχοι ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. 98 Οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἄκραν λεπτήν ἔχοντες, ὀρνιθαίδεις. 99 Οἱ ἐπίγρυπνον ἀπὸ τοῦ

tum habent, difficulter irascibiles sunt: referuntur ad canes. Qui nasum habent rotundum, et obtusum, magnanimi: referuntur ad boues. Qui vero nasum extremum subtilem habent, auiculares. Qui habent a fron-

95. ὀξεῖαν) Inclusum ὀξεῖαν, additum est ex Interpr. Qui nasum extremum acutum habent. Sylb. Deest quoque in Aldina editione.

96. Οἱ δὲ τ. ῥ.) Foll. Qui extremas naves habent rotundas pariter ac obtusas, magnanimi. Belle commentatur idem Follinus: Rotunditas narium robur facultatis efformatricis demonstrat: rotundum enim maius spatium continet, maioremque molem: maius autem difficilius efformatur, ad quod praestandum opus est facultate vegetiori: cum rotunditate vero, firmitas requiritur, ad robur corporis, ut ad leonem referatur.

97. Ἄκραν) Pro ἄκραν Polemo et Adamantius infra in paraphrati habent ἀδρᾶν. Pol. I. Κεφ. η'. ῥῖνδς τὸ ἄκρον ἀδρᾶν, et Adam. II. Κεφ. ιη'.

ῥῖνδς τὸ ἄκρον, ἀδρᾶν, qua de re monuit etiam Gesner. in Leone, 646. 26. Sylb. ἀδρᾶν. lectionem esse MS. commemorat Du Vallius in margine. Hesych. interpretatur, multus, crassus, magnus, abundans.

98. Οἱ δὲ τὴν ῥ.) Follin. Qui extremas narium habent praetenuēs, auium naturam participant. Natura autem eas loquaces reddidit, quae tenuitati debetur, et carnis priuationi, unde minores aues loquaciores maioribus. Vide Aristot. in hist. anim. L. IV. c. 9. πολύφωνα δ' ἐστὶ καὶ λαλίστερα, τὰ ἐλάττω τῶν μεγάλων. Garrulae, loquacioresque sunt auium minores.

99. Οἱ ἐπίγρυπνον) Forte rectius ἐπὶ γρυπὸν, dinise. Sylb. Et sic Aldus dat. Follin: Qui nasum habent ad-

τοῦ μετώπου εὐθύς ἀγομένην, ¹⁰⁰ ἀναιδεῖς· ἀνα-
φέρεται ἐπὶ τοὺς κόρυμβας. ¹⁰¹ Οἱ δὲ γρυπὴν ἔχον-
τες, καὶ τοῦ μετώπου διηρθρωμένην, ¹⁰² μεγαλόψυ-
χοι·

te mox curuum, inuerecundi sunt: referun-
tur ad ceruos. Quicumque autem aquilinum
habent, articulatum a fronte, magnanimi:

H 5

*uncum prope frontem, impu-
dentes sunt.* Qui, ut vide-
tur, ἐπιγρυπὸν legit, quae
lectio vera. Duplicem na-
si aduncitatem esse expe-
rientia docet, nam illa est
vel a fronte parum remota,
vel prope frontem, ita ut
aduncitatem inter et fron-
tem adlit cauitas aliqua, et
haec posterior huius loci
est. Certum est eiusmodi
nasum ab ossium nasi parte
suprema extuberante et ela-
ta, et humoris crassioris in-
fluxu fieri. Alia praeterea
est nasi aduncitas, proue-
niens ex contemptu et sub-
lannatione, qua contrahi-
mus sursum nares et na-
sum, qui ad latera dilata-
tur corrugaturque.

^{100.} Ἀναιδεῖς) *Impuden-
tes.* Homines hoc vitio im-
buti neminem solent reue-
reri, igitur procaciter, pe-
tulanter ac turpiter agunt,
sibi que omnia licere existi-
mant. Ergo impudentia ex
imaginatione peruersa ori-

tur, quae ex spirituum in
cerebro existentium copia
et crassitie fit, qui humo-
res, si in conformatione iam
adsunt, nasum distorquere
et aduncum reddere pos-
sunt.

^{101.} Οἱ δὲ γρυπὴν ἔ.) *Qui
autem aquilinum habent.*
Forma ab aquilarum rostris
sumpta est, quae curua sunt,
atque senescentibus illis
magis incuruantur, v. Arist.
in hist. anim. L. IX. c. 32.
γυράσκουσι δὲ τοῖς ἀετοῖς τὸ
ῥύγχος αὐξάνεται τὸ ἄνω, γαμ-
ψούμενον αἰεὶ μᾶλλον, καὶ τέλος
λιμῶ ἀποθνήσκουσι. *Senescen-
tibus aquilis rostrum supe-
rius accrescit, incuruaturque
subinde magis magisque, ut
denum fame intereant.*

^{102.} Μεγαλόψυχοι) *Ma-
gnanimi.* Animi magnitu-
do ex spirituum copia, at-
que calore naturali, natu-
rae beneficio procreatur.
At vnum fere eundemque
nasum impudenti et magna-
nimo tribuit, qui tamen

χοι ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς αἰτούς. ¹⁰³ Οἱ δὲ τὴν
 ῥίνα ¹⁰⁴ ἔγκοilon ἔχοντες, τὰ πρὸ τοῦ μετώπου
 περι-

referuntur ad aquilam. Quicumque nasum
 concavum habent, et frontem rotundam, et

non conveniunt inter se, unde quomodo conciliatio institutuenda? Audiamus Foll. prop. 58. p. 78. Magnanimitas ergo ab impudentibus dissimiles sunt, eo quod magnanimitas virtus sit, quippe excelsi atque invicti animi magnitudo, ad res magnas gerendas; inuerecundia vero vitium verecundiae honestae oppositum. Iob. Bapt. a Porta ex aquilae innatis moribus per similitudinem conformationis reddit rationem propositae quaestionis suo more; nos ex principiis naturalibus hominis, eo pacto efformati, ducendam existimamus, quum ex illis propensiones et inclinationes ortum ducant, quod certe hac in re perarduum iudicamus, praesertim quum a similibus causis non soleant nasci effectus dissimiles. Magnanimitas vero, licet ab inuerecundia sit maxime differens, tamen inuerecundus habet aliquid simile magnanimo, quod ut magnanimus se dignum magnis honoribus propter virtutem putat: ita inuerecundus nullo se posse de decore affici autumat, quare

se honore dignum putat. Verum quacnam causa erit differentiae opinionis verae et falsae in mente, quum eadem sit fere conformatio, differens tantum partis loco: cur ergo elatio in principio nasi orta erit causa falsae opinionis, et inuerecundiae, in medio vero naso, cum cavitate in principio, verae opinionis honestae et magnanimitatis. Virtutes sunt habitus: tamen ex Arist. L. II. c. 7. magnorum moralium, principium ad virtutem magis videtur affectio probe affecta, quam ratio. Erunt ergo magnanimus et inuerecundus in affectione naturali differentes, ut unus naturaliter feratur ad honestatem, alter ad dedecora et inhonesta. An nulli magnanimi naturae instinctu, sed omnes inuerecundi et elati, fierique progressu aetatis, ut dignoscendo honesta et verecunda, fiant magnanimi, nemoque sit magnanimus, quam prius fuerit impudens, quod ista quae vulgus censet honesta, ille contemnat ad maiora tendens? An propositiones hae

περιφερῇ, τὴν δὲ περιφέρειαν ἄνω ἀνεστηκῆσαν, λάγνοι
ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀλεκτρούνας. 105 Οἱ δὲ σιμὴν
ἔχον-

rursum eminens rotundum, luxuriosi: refe-
runtur ad gallos. Qui vero simum, luxu-

sola experientia probandae, ob similitudinem ab animalium conformatione desumptam? His non obstantibus adunci nasus magnanimitatis sunt, et vulgo ex Caesarum genere orti feruntur, atque apud quasdam gentes magnum illis decus tributum. Alex. ab Alex. genial. diar. L. II. c. 19. refert: Nasum quoque morum facere indicium multi arbitrantur. Ideo Persae adunco naso, quos grypos vocant, praecipue honorant, quod talem fuisse Cyrum crederent

103. Οἱ δὲ τ.) Dissentit Auerroes ab Intp. paululum, reddendo: *Qui autem nasum concavum habent, et quae ante frontem rotunda, circumferentiam autem superiorem erectam, luxuriosi. Follin. prop. 59. p. 80. Qui nares concavas habent, et ex frontis regione rotundas: si modo talis circumferentia superiora respiciat, lascivi.*

104. Ἐγκοιλόν) *Concavum. Non naturalis cavitatis nasi usque ad ossa ethmoi-*

dea intelligitur, quippe quae in omnes cadit homines, sed praeternaturalis, quae maiori caloris quantitate est dilatata: Caliditas vero ardentes incendit in pectore flammam, libidinolosque reddit homunculos.

105. Οἱ δὲ σιμὴν ἔχοντες) *Qui vero simum habent. Hoc vitium nasi in partis superioris narium compressione cernitur, quae vocatur ἐκλειψις τῆς εἰνός, diminutio nasi, et fit partim in pueris recens natis, in quibus ossa teneriora deprimuntur facile, quare ab obstetricibus nasi partes laterales pollice et indice apprehenduntur, et comprimuntur, ne simitas maneat, sunt enim Arist. Probl. S. XXXIV. 10 τὰ παῖδια πάντα σιμά: partim quibus superiores primores dentes discedunt, v. Hipp. Ep. VI. S. I. p. 256. Ὅσοις ὅσον ἀπὸ ὑπερώης ἀπήλθε, τοῦτέοις μέση ἴζει εἰς. Οἷσιν δὲ ὅθεν οἱ ὀδόντες ἄκρη σιμοῦται. Quibus ex palato os discessit, iis mediis desidit nasus. Quibusdam vero qua ex parte den-*

ἔχοντες, λάγνοι ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ¹⁰⁶ ἐλά-
φους. Οἷς δὲ οἱ ¹⁰⁷ μυκτῆρες ἀναπεπταμένοι, θυ-
μώδεις

riofī: referuntur ad ceruos. Quibuscum-
que nares sunt apertae, iracundi: refe-

tes procedunt, summus nasus
simus efficitur. Itaque du-
plex differentia σιμοτήτος
est, una quae in medio na-
si contingit, de qua Iul. Pol-
lux, c. 4. ἐπὶ δὲ τοῦ σιμοῦ
φαίης ἂν ὥς ἔστιν ἡ ῥίς ἐκ μέσων
κοίλης, Autor Medici c. de
externi nasi affectionibus,
insanabilem hunc pronun-
tiat morbum. ἀλλὰ καὶ ἐξ
ὑπερώας μέση ἴζει ἡ ῥίς, ὥς φη-
σι, σιμοῦται, ἀπερῶντος, Ve-
rum si ex palato medius de-
sidit nasus, ut inquit, si-
mus euadit, et insauabilis
est; altera, si summus nasus
simus et latus fit, tunc ea
pars, ad quam incisorum
dentium pertingunt extre-
ma, subsidit et deprimitur,
interdum etiam excidunt
dentes primores. Quomo-
do nasi simosis fiat docet
Arist. l. 1. et ex crassitudi-
ne demonstrat: ἡ δὲ παχύτης
μετὰ σκληροτήτος· σκληρὸν δ' ἐν
τῷ αἵμα, θερμὸν ἡ δὲ θερμό-
της, οὐ ποιεῖ περίττωσιν· τὸ δὲ
ὀστέον, ἐκ περιττώματος· δὲ δὲ
χόνδρος, ὀστέον· εὐλόγως ἂν ἐκλει-
ψιν εἰς τοῦ μορίου. Crassitudo
non sine duritia constat, et
durus sanguis calidior est,

et calor materiam excrescere
inutilem minus patitur, et
os ex vacante materia consi-
stet, et cartilago non nisi os
est, merito diminutio nasi
consequitur. Quae quum
ita sint, utique crassities
materiae dilatationem im-
pedit, quia autem illa crassi-
tudo in pueris mollis est,
simosis potest tolli, non
aeque in adultis, nam san-
guis est crassus, et partes
ex eo efformatae praedurae.
Illa autem densitas ac du-
rities fit ex calore, qui si-
mul stimulat totum corpus
ad libidinem.

¹⁰⁶ Ἐλαφεύς) Ceruos.
Cum ceruis fit comparatio
propter libidinem v. Arist.
in hist. anim. L. VI. c. 29.
ταῦτα δὲ ποιεῖ τὸ ζῶον, διὰ τὸ
φύσει λάγνον εἶναι, καὶ διὰ τὴν
παχύτητα. Haec ideo ceruo
accidunt, quia salax animal
suaapte natura est, atque
etiam quia pingui abundat.
Conciliari autem cum no-
stro potest Alex. ab Alex.
genial. dier. L. II. c. 19.
qui dicit: simos vero mites fa-
cere, et gratiosos. Si enim
simi libidinosi sunt, vere

μῶδεις ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, τὸ ἐν τῷ θυμῷ γινόμενον.

¹⁰⁸ Οἱ τὸ ¹⁰⁹ πρόσωπον σαρκῶδες ἔχοντες, ῥάθυμοι ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βούς. ¹¹⁰ Οἱ τὰ πρό-

σωπα

runtur ad passionem, quae fit in ira.

Quicumque faciem carnosam habent, rathymi, id est, facile concupiscibiles sunt: referuntur ad boues. Qui faciem maci-

etiam mitibus ac gratiofis moribus ad libidinem alligere ac incitare student. *Fistula dulce canit, volucres dum decipit auceps.*

¹⁰⁷. Μυκτηῖρες.) Hoc nomine insigniuntur cauitates nasi ab utroque intersepti latere, per quas spiritum trahimus, atque odores percipimus; Ephes. Ruf. in Nomencl. L. I. c. 4. μυκτωῖρας appellat. Follin. prop. 61. p. 83. transfert: *Qui narium foramina habent expansa, iracundi, ad illum refertur affectum, qui cum animi impetu nascitur. Nares apertae exaestuante praecordia produnt, quo enim calidius est cor, eo maior respiratio, quo maior respiratio, eo maiora et ampliora organa respiratio- nis esse debent. Calidum autem cor quum commouet iras, patulas requirit nares.* Belle Virgil. Georg. III. v. 85. *Collectumque premeus*

voluit sub naribus ignem, qui ruborum ori conciliat, et Seneca de ira, L. I. c. 1. multus ore toto rubor exaestuante ab imis praecordiis sanguine. Plura nasus supeditat signa, v. c. irrisio- nis, de qua Alex. ab Alex. l. l. *In eodem naso irrisio- nis sedes est, quare nasuti et habere nasum irrisores dic- ti, et morborum quoque de quibus Quellmalz. in diss. laudata §. 8. de naso, ut signo.*

¹⁰⁸. Οἱ τὸ πρ.) Auerroes ad marg. *De Facie.*

¹⁰⁹. Πρόσωπον σαρκῶδες etc.) Nimia videlicet carnis moles in facie conspicua, calorem et spiritus retardat, efficitque, ut omnes functio- nes lento procedant gradu, hinc eiusmodi homines sunt ῥάθυμοι, sec. Auerr. *Segnes*, Sec. Foll. *tardi*. De ipsa vo- ce supra egimus p. 118. n. 90.

¹¹⁰. Οἱ τὰ πρ.) Auerr. *Qui faciem macilentam ha-*

σωπα ἰσχνὰ ἔχοντες, ἐπιμελεῖς· οἱ δὲ σαρκώδη,
 111 δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους, καὶ τοὺς
 ἐλάφους. 112 Οἱ μικρὰ τὰ πρόσωπα ἔχοντες, μι-
 κροψυχοί· ἀναφέρεται ἐπὶ 113 αἰλουρον καὶ πίθη-
 κον.

lentam habent, folliciti. Qui autem carno-
 sam, timidi: referuntur ad facies asino et cer-
 vo similes. Qui valde parvam habent, pusil-
 lanimi: referuntur ad catum et ad simiam.

bent, accurati. Foll. *Qui facie sunt macilenti, agiles sunt et diligentes.* Egregie Follin. nam ἐπιμελής utramque significationem admittit. Macies autem naturalis ex siccitate caloris oritur, et agiles reddit homines, quum non inutili graventur carnis pondere. Ipsi spiritus quoque sunt agiliores, unde diligentia venit. Sed casu fortuito illa macies indicat timiditatem, invidiam, austeritatem, tristitiam, severitatem, morositatem, quia vel siccitas vel frigiditas nimia est, quae aegram efficit concoctionem, proindeque haud bonam nutritionem. Itaque non mirandum, si quidam studiis dediti macilenta facie et moribus austeris, tristibusque esse deprehendantur.

111. Δειλοί) *Timidi*, ob eandem rationem supra n. 106. prolatam.

112. Οἱ μικρὰ τ. π.) Pro τὰ πρόσωπα Leonic. et Ising. habent ὤτα. Interpres legit ἰάν, ἄγαν, σφόδρα, qui valde parvam habent. Sylb. Cum interprete communem facit causam Auerroes. At Follin. presse sequitur verba: *Qui faciem habent exiguan, pusillanimes.* Lectionem ὤτα ex MS. esse Du Vallius in margine annotavit. Parvitas autem faciei cerebrum minus iusto arguit, et calorem cordis minus refractum, atque adeo cerebrum ipsum magis excalesfactum et exsiccatum. Ex qua dispositione praeceps iudicium, animi inconstantia, timiditasque provenit.

113. Ἀιλουρον) *Catum.* De hac voce Euagr. L. VI. c. 24. αἰλουρος κάτταν ἢ συνήθεια λέγει, consuetudo more pro sepe cattam dicimus, cf. Gerh. Ioh. Voss. de Idol. L. III. c. 74.

κον. Οἷς τὰ πρόσωπα μεγάλα, ¹¹⁴νωθεροί· ἀνα-
 φέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους καὶ βοῦς. Ἐπεὶ δὲ οὔτε
 μικρὸν οὔτε μέγα δεῖ εἶναι, ἢ ¹¹⁵μέση ἕξις εἴη ἄν
 τούτων ἐπιεικής. ¹¹⁶Οἷς δὲ τὸ πρόσωπον φαίνε-
 ται μικροπρεπές, ¹¹⁷ἀνελευθεροί· ἀναφέρεται ἐπὶ
 τὴν ἐπιπρέπειαν.

¹¹⁸Οἷς τὸ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν οἶον κύσιδες
 προ-

Quibus facies magna, tardi: referuntur ad
 alinos, et ad boues. Qui vero neque par-
 vam, neque magnam, oportet esse medios:
 habitus utique horum medius erit conue-
 niens. Quibus autem facies videtur parui-
 fica, illiberales sunt: referuntur ad appa-
 rentiam.

Quibus autem ab oculis tanquam vesiculae

¹¹⁴. Νωθεροί) *Tardi*, pi-
 gri. Tarditas illa et in gres-
 sibus et in omnibus actio-
 nibus conspicitur, et vtra-
 que νωθερότης nuncupatur.
 Causa autem tarditatis est,
 phlegmatis copia et nimia
 materiae quantitas.

¹¹⁵. Μέση ἕξις) *Medius*
habitus, id est, facies quae
 medium locum occupat,
 mediocris. Aristotelis pla-
 citis haec loquendi ratio ac-
 commodatissima est.

¹¹⁶. Οἷς δὲ τὸ π.) Auerr.
Quibus autem facies videtur
parum decens, illiberales sunt,
referuntur ad apparentem
conuenientiam. Quae inter-
 pretatio vulgatae praese-

renda, nam quid *paruifica*
 fit, non facile quis intelli-
 git. Mihi videtur sic opti-
 me τὸ πρόσωπον μικροπρεπές
 verti posse: *facies quae sor-*
didum et squalidum homi-
nem designat, deformem,
 variis v. c. coloribus tineta,
 cui inest δυσαρεσεία.

¹¹⁷. Ἀνελευθεροί) *Illibera-*
les, concluditur videlicet ab
 externa forma ad interio-
 rem animi conditionem.

¹¹⁸. Οἷς τὸ) Malim οἷς δὲ
 ἀπὸ τ. Sylb. Sic et Auerr.
 et Interpr. legisse videntur.
 Auerroes in margine ha-
 bet: De Oculis. Follin.
 satis accommodatae, prop.
 51. p. 72. *Quibus palpebrae*

προκρέμονται, οινόφλυγες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος. ¹¹⁹ Ἐπὶ γὰρ τοῖς σφόδρα ἐμπεπτωκόσι τὰ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν οἷον κύσιδες ἐφesyήκασι, Φίλυπποι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος. ¹²⁰ Ἐπεὶ τοῖς ἐξ ὕπνου ἀνεσηκόσιν ἐπικρέμονται τὰ ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς. ¹²¹ Οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς μικροὺς ἔχοντες,

dependent, amatores vini sunt: referuntur ad passionem. Quibus vehementer cadunt, quae ante oculos apparent, ut vesiculae, amatores somni, referuntur ad passionem, item ex somno surgentibus dependent, quae sunt in oculis. Quicumque oculos paruos ha-

tamquam vesicae appenduntur, remulenti: ad ebrietatem refertur. Ex natura βλεφάρων hoc satis patet, quae sunt membranae ex musculis fere membranaceis constantes, quae natura sua siccae sunt, et difficulter extendi dilatarique possunt. Itaque humore impleri atque inflari debent, ut vesicam forment. Cui rei vini potio potissimum inseruit, qua humorum potissimum copia versus superiora cogitur, atque annexas partes perquam facile occupat.

¹¹⁹ Ἐπὶ γὰρ etc.) Leon. et Camot. ἔτι γὰρ. Fortasse legend. ἔτι δ' ὅσοις ἐμπεπτ. Sic certe Interpr. quibus vehementer cadunt, quae ante oculos apparent ut vesiculae Sylb. Consentit cum Intp.

Auerroes. Follin. autem prop. 52. p. 73. Quibus ea, quae in circuitu oculorum sunt, admodum concidentia videntur, et ut vesiculae, somnolenti, et referuntur ad ipsum soporem. Diffuentes nimirum humore soporosi sunt, et abundantia humoris inducit soporem, et affectus molles, animumque luxuriantem indicat.

¹²⁰ Ἐπεὶ τοῖς ἐξ ὕ.) Item ex somno surgentibus dependent, etc. Dependencia illa quoque humidam corporis temperiem designat.

¹²¹ Οἱ τοὺς ὀφθ.) Qui oculos exiguos habent. Ex natura oculi hoc colligendum, quae secundum Aristot. de gen. anim. L. II. c. 6. in frigiditate et humi-

τες, μικρόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέπειαν,
καὶ ἐπὶ πίθηκον. ¹²² Οἱ δὲ μεγαλόφθαλμοι, νω-
θροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς. ¹²³ Τὸν ἄρα εὖ
φύντα, δεῖ μήτε μικροὺς, μήτε μεγάλους ἔχειν
τοὺς

bent, pusillanimi: referuntur ad apparen-
tiam, et simiam. Quicumque vero habent
oculos magnos (tardi) referuntur ad boues.
Igitur bene natum oportet neque magnos,

ditate consistit. Τὸ, τε ὕμ-
μα ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, et inde
magnitudo et paruitas, διὰ
δὲ τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τοῖς ὀμμασιν
εἰ ὀφθαλμοὶ μεγάλοι φαίνονται,
oculi grandes propter humo-
rem in ipsis contentum appa-
rent. Itaque paruitas ocu-
lorum ex humoris penuria
prohiscitur. Porta scribit:
Oculos exiguos habentes esse
callidos ac vafros, quod ani-
malia parvis oculis praedi-
ta, ut vulpes et torpedo,
et alia, sint astuta et vafra.
Conciliandus autem sic est,
astutia numquam apud ma-
gnanima reperitur, sed
apud animalia debilibus
praedita viribus, quae, quod
viribus efficere nequeunt,
astu consequi student. Qui-
cumque vero non est ma-
gnanimus, quicumque se
viribus destitui sentit, pu-
sillo est animo.

^{122.} Οἱ δὲ μεγαλόφθαλμοι)
Follin. Qui oculos ingentes
habent, pigri. Vox νωθροί ne-

que apud Auerroem, neque
apud Interpr. legitur, ne-
que vulgg. editt. habent.
Ergo procul dubio incuria
operarum, et editorum ne-
gligentia excidit. Magni-
tudo vero ex humoris abun-
dantia progreditur, quae fa-
cultati robustae et mouen-
ti aduersa est. Nam cor-
pora magna difficulter mo-
ventur, et ex difficili motu
tarditas oritur.

^{123.} Τὸν ἄρα εὖ φύντα etc.)
Auerroes, Igitur bene for-
matum, Interpr. bene natum.
Follin. Qui vero felicissima
fruitur corporis habitudine,
oportet ut nec impense ma-
gnos, nec paruos sortiatur
oculos. Vide Aristot in hist.
animal. L. I. c. 10. τῶν δὲ
ὀφθαλμῶν, οἱ μὲν μεγάλοι· οἱ
δὲ μικροί· οἱ δὲ μέσοι· βέλτι-
στοι. Sunt oculorum, alii ma-
gni, alii parui, alii modici,
qui optimi habentur, et pau-
lo post τὸ δὲ μέσον, ἡθροὺς βελ-
τίστου σημείου. Modicus tamen

τοὺς ὀφθαλμούς. ¹²⁴ Οἱ δὲ κοίλους ἔχοντες, κα-
κοῦργοι· ἀναφέρεται ἐπὶ πύθηκον. ¹²⁵ Ὅσοι ἐξ ὀφ-
θαλμοι,

neque paruos habere oculos. Qui vero
concauos habent, malefici: reducuntur ad
fimiam. Quicumque habent oculos emi-

fitus nota est, optimorum mo-
rum. Iustam enim ac mo-
deratam indicat temperiem.

¹²⁴ Οἱ δὲ κοίλους) Qui
vero concavos habent, male-
fici. Τὰ κοῖλα, sunt caua oculo-
rum, Ephes. Ruf. in No-
mencl. L. I. c. 4. orbes il-
los, qui oculis circumfunt,
sic distinxit: τὸ δὲ ἄνω βλε-
φάρου τὸ ἐπιπολὴς κοῖλον, τὸ δὲ
ἀναλογεῖν τοῦτω τὸ κέτω ὑπό-
κοῖλον, Quidquid superiori
palpebrae est superficiei, ca-
uum, quod autem huic respon-
det infra, subcauum. Ca-
vorum istorum subfiden-
tium profunditas; deficien-
tis roboris vitalis indicium
certissimum est, atque mu-
tationes corporis, et animi
dispositio tuto ex ea collig-
itur. Infirmitatem quum
notat, maleficam mentis
compositionem, qua variis
illicitisque artibus exsequi-
mur, quae per vires non
possumus, quoque designa-
bit. Opponitur huic con-
ditioni oculi caui tumor
apud eundem Ruf. Eph. l.
c. δ δὲ ἀνοιδίσκεται ἐν δὲ ὑδέροις
καὶ ἄλλως πονηρᾶς γενομένης τῆς

ἐξέως, ἐπὶ δὲ χρονίοις αἰμορροῖ-
σι καὶ ἐπὶ γυναικὸς χρονίῳ ἰχῶρι,
illud cauum etiam intumescit
et in hydropisi, et aliter ma-
le evenientibus constitutioni-
bus, hinc in diuturnis hae-
morrhoidibus, et longo fe-
minarum fluxu.

¹²⁵ Ὅσοι ἐξ ὀφθαλμοι etc.)
Follin. prop. 46. p. 68. Qui-
cumque sunt oculis promi-
nentibus, stupidi, ad decen-
tem venustatem asinosque re-
feruntur. Stupiditas pro-
prie cognitionis defectum
et tarditatem innuit, atque
ibi reperitur, ubi propter
materiae copiam, animi fa-
cultates debilitantur, siqui-
dem unius facultatis vehe-
mens contentio in operan-
do alias facultates obtundit.
Nervi potissimum in con-
sensum veniunt, quibus sen-
sus percipimus, nam se-
cundum Aristot. in hist. ani-
mal. L. III. c. 5. οὐ λαμβά-
νουν δὲ οὐδὲν νάρκη, ὅπου μὴ νεύ-
ρῳ ἐστὶ τοῦ σώματος, Pars cor-
poris nulla stupore tentatur,
quae nervo caret. Itaque si
corpus nervorum ope stu-
porem sentit, id in animo

θαλμοι, ἀβέλτεροι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὴν ἐπιπρέ-
πειάν τε καὶ ὄνους. Ἐπεὶ δὲ οὔτε ἐξόφθαλμον,
οὔτε κοιλόφθαλμον δεῖ εἶναι, ¹²⁶ ἢ μέση ἕξις ἀν-
κρατοῖη. ¹²⁷ Ὅσοις ὀφθαλμοὶ μικρὸν ἐγκοιλότεροι,
μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. ¹²⁸ Οἷς
δ' ἐπὶ πλεῖον, πραεῖς. ἀναφέρεται ¹²⁹ ἐπὶ τοὺς
βοῦς.

130 Οἷ

nentes, fatui: referuntur ad apparentiam,
et asinos. Quoniam autem neque eminen-
tium oculorum, neque concavorum oportet
esse, medius utique habitus praeestabit.
Quibuscumque autem oculi sunt parum con-
caui, magnanimi: referuntur ad leones.
Quibus vero plus mansueti: referuntur ad
boues.

I 2

quoque contingat necesse
est. Vbi autem obtusio
neruorum, ibi facultatum
animi debilitas.

126. Ἡ μέση ἕξις) *Me-
dius habitus* etc. Haec verba
illustrantur ex iis quae di-
ximus n. 123. Concauitas
enim maleficientiam, in-
tumescencia morbos, promi-
nentia stupiditatem osten-
dit.

127. Ὅσοι ὀφθαλμοὶ etc.)
Follin. *Quibus oculi sunt
parum depressi*, m. Mallem
tamen cum Auerroee et In-
terpr. *parum concavi*, quia
hoc proprium est verbum,

et τῇ ἐγκοίλῳ respondet. v.
Viri Ill. et Exp. Trilleri
Emend. in Celsum, p. 753.
ed. Viri Excell. Krausii. Ta-
les oculi videndi acie pro-
pter spiritus unitos et col-
lectos instructi sunt, et fiunt
a siccitate, quae animosos
reddit homines.

128. Οἷς δὲ ἐπὶ) Follin.
Quibus magis depressi. Sed
retinenda vulgata. Itaque
magis concavi oculi vi oppo-
siti temperiem caloris, quae
mansuetudinem parit, in-
diciant.

129. Ἐπὶ τοῦς) Artic. τοῦς
deest apud Aldum.

130 Οἱ τὸ μέτωπον μικρὸν ἔχοντες, ἀμαθεῖς ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄντας. 131 Οἱ δὲ μέγα ἄγαν ἔχοντες, νωθροί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βούς. 132 Οἱ δὲ περιφερὲς ἔχοντες, ἀναισθητοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς

Quicumque frontem parvam habent, indisciplinabiles: referuntur ad sues. Qui autem magnam valde, tardi: referuntur ad boues. Qui rotundam habent, insensati: re-

130. Οἱ τὸ μέτωπον) Auerr. ad marginem habet: *De fronte.* Foll. pr. 30. p. 54. *Qui frontem habent exiguam, imperiti.* Parua autem frons videtur exiguam cerebri continere substantiam, exiguosque spiritus animales, quum vero defectus spirituum et defectum rationis arguit, coniectu facile est, imperitos atque inertes fore tales homines. Accedit hoc, in parua fronte ob tegumentum capillorum, sanguinem calidiorē magis agitari, Aristot. autore de part. anim. L. II. c. 10. Ἐκκόπτει γὰρ ἡ τῆς ἐν τῷ αἵματι θερμότητος κίνησις τὴν αἰσθητικὴν ἐνεργείαν. Sanguinis enim calidioris agitatio officium sentiendi intercipit ac refringit, quo facio transpiratio magis intercipitur, quae tamen sentiendi facultati inferuit. Igitur sensus debiliores et iudicandi facultas

hebes fiunt. En natales imperitiae!

131. Οἱ δὲ μ.) Foll. pr. 31. p. 56. *Qui autem habent impense vastam, torpidi, referuntur ad boues, vaccas.* Haud dubie art. τοὺς in exempl. Foll. defuit. Vastum cerebrum et vasta frons nimium dispersos continet spiritus, et plus iusto ii perfrigerantur. Hinc tarditas ad cognoscendum et iudicandum, aequae ac senectutis.

132. Οἱ δὲ περιφ.) *Qui frontem rotundam etc.* Equidem mallem vertere gibbosam, altam et rotundam, nam anterior frontis pars cum temporibus non efficit orbem, neque ab oculis ad capillos est exacta rotunditas. Stupiditatem autem talem frontem indicare, ex similitudine cum fronte asini colligitur.

τοὺς ὄνους. 133 Οἱ μικρότερον ἐπίπεδον ἔχοντες, ἀναίσθητοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνας. 134 Οἱ δὲ

feruntur ad asinos. Qui autem minus planam habent, sagaces: referuntur ad canes.

I 3

133. Οἱ μικρότερον ἐπίπεδον ἔχοντες.) Laborare mihi hic locus videtur, cuius prius hemistichium minus recte ab Auerroe et Interpr. est expressum, et posterius deprauatum. Equidem verito: qui superficiem frontis habent minorem, sunt sagaces. Minorem autem intelligit ratione rotunditatis, quam si appellare vis planam, non refragabor; hac tamen conditione, ut ad convexitatem planities versus tempora et os calvariae vergat. Igitur eiusmodi frons capillos versus non adeo insignes efficit angulos, qui iudicii et sagacitatis indices sunt. Quum enim hac in parte calvariae os tenuius est, quam frontis, et illud ibi quum est detectum, magis patent spiritus anteriores perfrigerationi, sincerioresque ideo redduntur, atque sincerius iudicium efficiunt. Ergo sagacitas utique de talibus dici potest, quae canibus propria est ex Sen. ep. 76. In cane sagacitas prima est, si inuestigare debet feras. Depravationem posterioris hemistichii vidimus in voce ἀναίσθητοι. Sylburgius testatur Leon. legere αἰσθητικοί: quod epitheton ad praecedentia quidem videtur congruere: sed ad sequentia non item. Hist. animal. L. I. 8. paulo aliter frontis signa explicantur. Hucusque Sylb. Auerroes et. Interpr. αἰσθητικοί habent; et sane librarii aut operae, ut et in sqq. αἰσθητικοί et ἀναίσθητοι inter se permutarunt. Obstat tamen locus Aristotelis, siue potius repugnare tantum videtur, L. I. c. 8. καὶ οἷς μὲν πλατὺ, ἐκστατικοί, quibus lata frons, mente moveri idonei. Mihi sic videtur hic locus cum nostro conciliandus, latam frontem a plana esse diuersam, ergo non potest huc trahi. interim fingamus utrumque locum ratione formae frontis convenire, tamen aderit repugnantia propter reliqua verba, quae duplicem sensum admittunt. Hoc siquidem possunt modo verti: quibus lata frons

δὲ τετράγωνον σύμμετρον τῷ μετώπῳ ἔχοντες, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς λέοντας. ¹³⁵ Οἱ δὲ συννεφεὲς ἔχοντες, (¹³⁶ αὐθάδεις· ἀναφέρεται ἐπὶ ταῦτον,

Quicumque quadratam et moderatam frontem habent, magnanimi: referuntur ad leones. Quicumque autem collectam habent, adu-

proni sunt ad iracundiam, quam propensionem non solum vox ἐκστατικοί exprimit, sed eam canibus quoque peculiarem esse experientia docet: vel sic reddenda sunt, cum Alex. ab Alex. genial. dier. L. II. c. 19. *frons lata, mente flexibiles designavit*, vel *f. l. furiosos, ad maniam pronos*, siue *maniacos* notar, et quis ignorat canes rabie infestari? Sagacitas autem nimia, iudicii quoque perpetua contentio aequae ac iracundia maniam producere valent. Itaque si hac ratione dissensus non tollitur, tunc coniectura forte restituendus locus, et pro αἰσθητικοί, ἐκστατικοί reponendum.

134. Οἱ δὲ τετράγ.) Auerr. *Qui vero quadrangulum commensuratum fronti habent, magnanimi* Collin. *Qui frontem habent ad amussim quadratam*. Plurimum quidem quadrata frons continet cerebri, proindeque copiam spirituum, quae non solum

distinctam cognitionem gignit, sed et magnitudinem animi, generositatemque parit, atque praestantis ingenii ac iudicii, prudentiae quoque in rebus agendis est indicium.

135. Οἱ δὲ συννεφεὲς) Aldus dat συννεφεὲς vitiose. Et Auerroes et Interpres: *Qui autem collectam habent*. Non satis accurate.

136. Αὐθάδεις etc.) Haec verba inclusa, ex Camotio addita, agnoscit etiam Interpres: sed cum confusione nescio qua. Videtur ergo συννεφεὲς hic dici *corrugatum*, rugis ceu nubibus obductum: ἀτενὲς vero *exporrectum*, seu γαλήνῳ *serenum* ut in sqq. Gesn. quoque in Cane sic legit, 185, 40. et lectionem istam postulant etiam sequent. ὅτι οἱ κύνες ἐπειδὴν θωπεύωσι, γαλήνῳ τὸ μέτωπον ἔχουσιν. Sylb. Includa quoque desunt apud Aldum, sed Du Vallius et vulgg. habent. Talis frons *cogitabundum, morosum ac*

ταῦρον, καὶ λέοντα. Οἱ δ' ἀτενὲς ἔχοντες,) κο-
λάκες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ γιγνόμενον πάθος. Ἰδοὶ
δ' ἂν τις ἐπὶ τῶν κυνῶν, ὅτι οἱ κύνες ἐπειδὴν θω-
πεύωσι, ¹³⁷ γαληνὲς τὸ μέτωπον ἔχουσιν. Ἐπειδὴ
οὖν ἥτε συννέφης ἕξις αὐθάδειαν ἐμφαίνει, ἥτε γα-
λήνη κολακίαν, ἥ μέση ἂν τούτων ἕξις εὐαρεμώσως
ἔχοι. Οἱ σκυθροπὰ μέτωπα ἔχοντες, ¹³⁸ δυσά-
νιοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι οἱ ἀνιῶμενοι,
σκυθροποί εἰσιν. Οἱ δὲ ¹³⁹ κατηφεῖς, ὁδῶνται·
ἀνα-

latores, referuntur ad passionem, quae fit.
Id in canibus videbit quispiam, qui quum
blandiuntur, contractam habent frontem.
Quicumque autem nebulosam, audaces: re-
feruntur ad taurum et leonem. Quando au-
tem nebulosus habitus, audaciam significat:
tranquillitas autem, adulationem: medius
habitus utique horum bene decenter se ha-
bet. Quicumque tristem habent frontem, moe-
sti: referuntur ad passionem, quoniam moesti
tristem habent faciem. Qui vero demissam, la-

I 4

seuerum notat, ipsa forma
ex contractione musculo-
rum frontis oritur, quae a
ficcitate humorumque cras-
sities fit. Sed frons morosa
est senibus etiam propria,
v. Virg. Aen. VII. v. 415
sq. — *In voltus sese trans-
format aniles. Et frontem
obscenam rugis arat.*

¹³⁷. Γαληνὲς) Nota γαλη-
νὲς, et mox seq. voc. γαλη-
νῇ. Interpr. videtur legisse

ἀτενὲς, vt supra, vertit enim,
qui cum blandiuntur, contra-
ctam, (potius exporrectam,
explicatam) habent frontem.
Syll. Et sic Auerroës quo-
que.

¹³⁸ Δυσάνιοι) *Moeſti*. Hic
affectus marcescere corpora
facit, atque ficcitate con-
trahit cutem. Vide quae
diximus p. 13. n. 32.

¹³⁹. Κατηφεῖς) *Demissam*.
Simile quid est apud Virgil.

ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι οἱ ὀδυρόμενοι κα-
τηφεῖς.

¹⁴⁰ Οἱ τὴν κεφαλὴν μεγάλην ἔχοντες, ἀναίσθη-
τοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους. Οἱ δὲ μικρὰν,
αἰσθητικοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κύνες. ¹⁴¹ Οἱ
τὰς

mentabundi sunt: referuntur ad passiones,
quia lugentes demissae sunt frontis.

Quicumque autem magnum habent caput,
sensati: referuntur ad canes. Qui vero par-
vum, insensati: referuntur ad asinos. Qui

Aen. IV. v. 4. sq. — *bae-
rent infixi pectore vultus,
Verbaque: nec placidam mem-
bris dat cura quietem.*

¹⁴⁰. Οἱ τὴν κεφ.) Leon.
et Hingr. contrario modo:
οἱ τὴν κεφαλὴν μεγάλην ἔχοντες,
αἰσθητικοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς
κύνες. Οἱ δὲ μικρὰν, ἀ-αἰσθη-
τοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους.
Idemque Interpres: *Qui
habent m. c. etc.* Mihi Ca-
motii lectio visa est magis
consentanea. Nec multum
discrepant quae Polemo, I.
Κεφ. β'. Κεφαλὴ μικρὰ πάνυ,
ἀναίσθητον ἄνδρα κατηγορεῖ, et
Adam. II. Κεφ. κβ'. Κεφαλὴ
μικρὰ πάνυ, ἀναίσθητον κ. τ. λ.
Sed rursus illi alteri lectio-
ni videtur patrocinari quod
legitur in hist. anim. XX. 7.
τὸ λοφύρων γένος πᾶν μικρὰν
ἔχει τὴν κεφαλὴν, e quo gene-
re asinum etiam esse docet
eadem historia, XI. 16. Syll.

Et hanc esse lectionem MS.
notat in margine Du Val-
lius. Averroes quoque con-
sentit cum Interpr. et ha-
bet in marg. ne, *De Capite.*
Follin. prop. 34. p. 57. *Qui
magnum caput sortiuntur,
pollent sensu plurimo, qui
vero parvum, sensibus sunt
obtusi, referuntur etc.* Ma-
gnum siquidem caput mul-
tum cerebri habet, in quo
inest facultas sentiendi ve-
geta, et caloris et spirituum
abundantia. Magnum au-
tem caput hoc loco intelli-
gitur, quod proportionem
corporis non excedit. In
parvo contra capite est pau-
citas spirituum. Vide aliam
differentiam ap. Hippocr.
Epid. II. S. VI. p. 133.

¹⁴¹. Οἱ τὰς κ.) Follin.
pr. 34. p. 57. *Et qui caput
instar pyramidis habent fa-
stigiatum, impudentes habent*

τὰς κεφαλὰς ¹⁴² Φοξοί, ἀναιδείς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς γαμφύνοχας.

¹⁴³ Οἱ τὰ ὦτα μικρὰ ἔχοντες, πιθηκώδεις· οἱ δὲ

habent capita pineata, inuerecundi: referuntur ad habentes ungues curuos.

Quicumque aures paruas habent, simiales

I 5

tur, et referuntur ad aues curuorum unguium. Perexigua eiusmodi capiti inesse creditur cerebri substantia, quae impudentiae esse causa potest, nullum dedecoris metum, nec famae propriae ac honoris rationem habentis. Corui et coturnices tali capite sunt praediti. Homerus Therfitem impudentissimum eiusmodi capite instructum asserit Iliad. β. v. 216. sqq. — αἰσχιστος δὲ ἀνὴρ ὑπὸ Ἰλίου ἦλθε. Φολκὸς ἔην, χολὸς δ' ἕτερον πόδα, τῷ δὲ οἱ ὦτα, κυρτῶ ἐπὶ τῆτος συνοχωκότε. Αὐτὰρ ὑπέρθεν, Φοξὸς ἔην κεφαλὴν, Ψεδνὴ δ' ἐπενηνοθε λάχνη. Ἐχθιστος δ' Ἀχιλλῆϊ μάλις ἦν ἢ Ὀδυσσεύϊ. Τῷ γὰρ νεικέεσκε, τοτ' αὐτ' Ἀγαμέμνονι δῖω Ὀξέα κεκληγὼς λέγ' ὀνειδέα. Turpissimus vero vir ad Ilium venit. Strabus erat claudusque altero pede, at ei humeri Curui in pectus contracti, ceterum desuper Acuminatus erat capite. Rarus autem defloruit

capillus. Infensissimus vero Achilli potissimum erat, et Ulyssi, Hos enim vituperabat, tunc rursus Agamemnoni generoso acute clamando loquebatur conuicia. Legimus tamen Periclem acuminato fuisse capite, et fecundissimo ingenio, et summa prudentia, auctoritate et eloquentia, vnde Olympius dictus, quod tonare in concionibus ac fulmen cedere videretur. Quod exemplum utique a regula aberrat.

142. Φοξοί) Cam. λοξοί, ut infra apud Polem. I. Κεφ. β'. λοξότης κεφαλῆς, et Adam. II. Κεφ. κβ' λοξοί δὲ τὰς κεφαλὰς ἄνδρες. Interpres nobiscum vertit pineata. Sylb. λοξὸς autem dicitur de rebus obliquam sphaeram repraesentantibus.

143. Οἱ τὰ ὦτα) Auerr. habet in margine: De auribus. Foll. prop. 35. p. 19. Qui aures habent exiguas, moribus imitantur simiam;

δὲ ¹⁴⁴ μεγάλα ἀνώδεις. Ἴδοι δ' ἂν τις καὶ τῶν
κυνῶν τοὺς ἀρίστους μέτρια ὧτα ἔχοντας.

¹⁴⁵ Οἱ ἄγαν ¹⁴⁶ μέλανες, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ
τοὺς

sunt Quicumque autem magnas, afinini.
Videbit utique aliquis et canum optimos mo-
deratas aures habere.

Qui valde nigri, timidi: referuntur ad Ae-

qui vero procerosos, afinos. Cuius quidem haec ratio esse videtur, ut superflua materia magnas aures aequae ac vecordiam et teporem, deficiens vero paruas, atque ideo vigilantiā laboris-que studium producat. Hanc divisionem aurium vide etiam ap. Nostr. in hist. anim. L. I. c. II, καὶ ἡ μεγάλη, ἡ μικρά, ἡ μέση· ἡ ἐπα-νεστηκότα σφόδρα, ἡ οὐδὲν, ἡ μέσον· τὰ δὲ μετὰ βελτίστου ἡθους σημεῖον· τὰ δὲ μεγάλα καὶ ἐπα-νεστηκότα, μαρολογίας καὶ ἀδολέσχιας. Item aliae maiores, aliae minores, aliae mediocres, et aut nimium, aut parum, aut mediocriter arre-ctae. Notam morum optimorum habent, quae mediocres. At quae magnae arre-ctaeque ultra modum, stultitiae indices sunt, aut loqua- citatis.

¹⁴⁴. Μεγάλα) Aldus vitio-
se, μεγάλοι.

¹⁴⁵. Οἱ ἄγαν μ.) Auerr.

hic incipit Cap. X. inscri-
ptum: *De Passionum, Ha-
bituumque signis, a commu-
nibus quidem generibus de-
sumtis, membris tamen par-
ticulariter applicatis.* Ad
marginem habet: *De Colo-
ribus.*

¹⁴⁶. Μέλανες,) Nigri.
Ille color conciliatur cor-
pori ab humore atra bile
infarcto, et apud eas repe-
ritur nationes, quae lo-
ca concava, herbosa ac
aestuosa habitant, quaeque
ventis calidis magis quam
frigidis perflantur, et aquis
vtuntur calidis, v. Hippocr.
de aq. aere et loc. S. III. p.
77. Aethiopum autem ni-
gredo ex pigmento est,
quod reticulo Malpighiano
et cuticulae interfunditur.
Alia tamen est coloris na-
tivi in nigrum conuersio,
de qua Gal. ad Hipp. Epid.
L. IV. aph. 46. et quae ad
morbos pertinet.

τούς Αἰγυπτίους, καὶ Αἰθίοπας. Οἱ ¹⁴⁷ δὲ λευκοὶ
 ἄγαν, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς γυναῖκας. Τὸ
 δὲ πρὸς ἀνδρείαν συντελοῦν χρῶμα, μέσον δεῖ τού-
 των εἶναι. ¹⁴⁸ Οἱ ξανθοὶ, εὐψυχοὶ ἀναφέρεται
 ἐπὶ τοὺς λέοντας. ¹⁴⁹ Οἱ πυρρόι ἄγαν, πανούργοι
 ἀνα-

gyptios, et Aethiopas: valde autem albi, ti-
 midi sunt, referuntur ad mulieres. Colorem
 autem, qui confert ad fortitudinem, me-
 dium horum oportet esse. Flavi, magni
 animi sunt: referuntur ad leones. Rubei

¹⁴⁷. Λευκοί) Candidi. Vnde oriantur docet Hipp. de nat. pueri S. III. p. 21. vide quae diximus p. 24 n. 15.

¹⁴⁸. Οἱ ξανθοί) Qui flauo suffunduntur colore. Foll. egregie hunc canonem explicat; *Fuscus quippe color, inquit, eiusmodi naturalis siccitatis est indicium. Auicenna scripsit: fuscum colorem significare caliditatem, in qua audacia et robur. Fusci ergo homines robusti. Id probari potest ex populis hoc colore tinctis, qui robore corporis praestant, quales sunt Arabes et Iapponenses secundum historicos, qui de eorum colore naturali et magnanimitate passim multa commemorant.* Tales homines ἐν-
 ῥέχολες sanguineos bile mixtos appellare possumus.

¹⁴⁹. Οἱ πυρρόι) Paululum recedit ab Auerroee et

Interpr. Foll. prop. 28. p. 53. *Qui fuluo sunt colore, plusquam rationi conueniat, execrandi, atque exitiosi, referuntur ad vulpes.* Sed hic color in rubrum quoque vergit. Oritur enim a praedominio bilis, et participat de caliditate et siccitate spiritibus mobilitatem concillantibus. Iam haec mobilitas reddit homines versipelles, inconstantes, iracundos, astutos et fraudulentos. Duplicem tamen statuit Hipp. differentiam Epid. L. II. S. V. p. 122. *Ὀκρόσοι πυρρόι, ὀξύρρινες, ὀφθαλμοὶ μικροὶ, πονηροί. Ὀκρόσοι πυρρόι, σιμοὶ, ὀφθαλμοὶ μεγάλοι, ἰσθλοὶ.* Qui fuluo sunt colore, ad uncis naribus, et paruos oculos habent, ii maligni sunt. Qui vero fului, sumi, et grandioribus sunt oculis, boni.

ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς ἀλώπεκας. ¹⁵⁰ Οἱ δὲ ἔνωχροι, καὶ τεταραγμένοι τὸ χρῶμα, δειλοί· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, τὸ ἐκ τοῦ φόβου γιγνόμενον. ¹⁵¹ Οἱ δὲ μελίχλωροι, ἀπειψυγμένοι εἰσὶ. Τὰ δὲ ψυχρὰ, δυσκίνητα· δυσκινήτων δὲ ὄντων τῶν κατὰ τὸ σῶμα, εἶεν ἂν βραδεῖς. ¹⁵² Οἷς τὸ χρῶμα ἐρυθρὸν, ὅξεῖς· ὅτι πάντα τὰ κατὰ τὸ σῶμα ὑπὸ κινήσεως ἐκθερ-

valde, astuti: referuntur ad vulpes. Pallidi, colore turbati, timidi sunt: referuntur ad passionem, quae fit ex timore. Qui autem sunt mellei coloris, sunt frigidi: frigida autem mobilia difficulter: mobilibus autem difficulter existentibus iis, quae sunt iuxta corpus, erunt utique tardi. Quibus color ruber est, acuti sunt, quoniam omnia, quae sunt secun-

^{150.} Οἱ δὲ ἔνωχροι) Pallidi, colore turbati. Hic color ex muco viscido sanguini admixto prouenit, quem λευκὸν φλέγμα veteres appellabant, et λευκοφλεγμκτιοῦντας, qui ob pituitam pallent, nec tument. Varium quid pallido interniter, quod χλωρὸν flauum aut viride dicitur, quemque statum Aret. de morb. chron. I. l. c. 13. vocat χροὴ χλοῦβάφους, quantum ad colorem, instar herbarum tinctorum. Igitur sanguis cum bile remixtus et ad cutem transfertur, atque laesis inde functionibus timor in animo locum occupat.

^{151.} Οἱ δὲ μελίχλωροι) Qui

vero mellei coloris. Gloss. vet. fuscum explicant. Aequae is ex flaua fit bile, quae seponitur in totum corpus, atque prauam humoribus dispositionem affert, et sanguinis circulationem reddit tardiores.

^{152.} Οἷς δὲ τὸ χρ.) Quibus color ruber est, acuti sunt. Notat is caliditatis et sanguinis redundantiam. Color ille in cute efflorescens laetum quid et iucundum significat, et εὐχροίαν σώματος, bonam corporis quoad colorem constitutionem indicat. Iusta adest humorum temperies, naturalisque pinguedo subcutanea, totius

ἐκθερμαινόμενα, ἐρυθραίνονται. ¹⁵³ Οἷς δὲ τὸ χρῶ-
μα φλογοειδὲς, μανικοί. ¹⁵⁴ Ὅτι τὰ κατὰ τὸ σῶ-
μα σφόδρα ἐκθερμανθέντα, φλογοειδῆ χροιάν
ἴσχει· οἱ δὲ ἄκρως θερμανθέντες, μανικοὶ ἂν εἴη-
σαν. ¹⁵⁵ Οἷς δὲ περὶ τὰ σῆδη ἐπιφλεγές ἐστὶ χρῶ-
μα,

dum corpus, a motu calefacta erubescunt.
Quibus color flammeus est, maniacy: quia
ea, quae sunt in corpore vehementer calefa-
cta, flammeum colorem habent. Qui autem
sunt extreme calefacti, maniacy utique sunt.
Quibus autem est flammeus color circa pe-

cutis similis explicatio, mu-
sculorumque bonus motus.

^{153.} Οἷς δὲ τὸ χρ. φλ.)
Follin. prop. 29. p. 54. ita
interpretatur: *Quibus color
inflammatuſ atque igneus eſt,
inſani, omnes ſiquidem cor-
poris partes, ſi impendio ca-
lidiores reddantur, flammeum
colorem acquirunt, qui vero
ad extremum calefactionis
perueniunt, merito furioſi
dicuntur.* Inflammatio to-
tius corporis ἐξερύθρουſ facit
homines, et natium rubo-
rem inſolito intendit modo,
indicatque magnam adēſſe
aeſtuationem. In ereſype-
late, pleuritide, tuſſi, vo-
mitione febribuſque, aliis
rubor ille ſtatus morboſi ſi-
gnum eſt. Mens autem ab
hac inflammatione turba-
tur, vnde deliria ingruunt;
et ſi maior gradus caloris

transit ad cerebrum, menin-
gelque afficit, furore corri-
pitur homo. Caſſandram
illam, Priami ac Hecubae
filiam, ferunt flammeo fuiſ-
ſe colore et oculis lucenti-
bus, proindeque mania-
cam.

^{154.} Ὅτι τὰ) Tà poſt οἷς,
vel expungendum, vel el-
liptice accipiendum pro κα-
τὰ τὰ. Sylb.

^{155.} Οἷς δὲ περὶ τὰ σῆδη)
Et Auerroes et Interpres
conſentiant. Affectuſ au-
tem ex caliditate et ſiccita-
te cordis prouenit. Sic enim
Seneca, de ira, L. I. c. I.
*Flagrant et micant oculi,
multuſ ore toto rubor, exae-
ſtuante ab imis praecordiis
ſanguine,* qui non ſolum
pectuſ rubore tingit, ſed
et pulſum ceterum et du-
rum reddit v. Gal. de arte

μα, δυσόργητοι ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος. Τοῖς γὰρ ὀργιζομένοις ἐπιφλέγεται τὰ περὶ τὰ στήθη. Οἷς τα περὶ τὸν τράχηλον, καὶ τοὺς κροτάφους αἱ φλέβες κατατεταμέναι εἰσὶ, δυσόργητοι ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι ¹⁵⁶ τοῖς ὀργιζομένοις ταῦτα συμβαίνει. Οἷς τὸ πρόσωπον ¹⁵⁷ ἐπιφαινίσσον ἐστίν.

Atus, difficilis irae sunt: referuntur ad passionem. Iratis namque superaccenduntur ea, quae circa pectus. Quibus autem circa collum et tempora venae distensae sunt, difficilis irae: referuntur ad passionem, quia iratis haec accidunt. Quibus facies supereru-

med T. III. p. 149. Θερμῆς καὶ ξηρᾶς καρδίας οἱ σφυγμοὶ σκληροὶ, καὶ μεγάλοι, καὶ ταχεῖς, καὶ πυκνοί. Καὶ αἱ ἀναπνοαὶ μεγάλαι τε καὶ ταχεῖαι καὶ πυκναί. Καὶ πολὺ δὲ μᾶλλον εἰς τάχος ἐπιδιδάσκειν καὶ πυκνότητα, συναυξήσαντος ἀνάλογον τῇ καρδίᾳ τοῦ θώρακος. — Εἰς δὲ τὰς πράξεις ἑτοιμοὶ, καὶ θυμικοὶ, καὶ ταχεῖς, καὶ τυραννικοὶ τοῖς ἡθέσι, καὶ γὰρ ὀξύθυμοὶ καὶ δύσπαυτοι. Calidi et ficci cordis pulsus duri, magni, veloces et frequentes. Respirationes magnae, veloces, et frequentes, et quae multo magis ad velocitatem et frequentiam vergant, thorace eadem proportionem aucto, qua cor caliditate — Prompti ad actiones, iracundi, celeres, impudentes et mores tyrannicos habentes, etenim sunt in-

iram praecipites, et non facile placabiles. Omnes autem, colores sic describit Alex. ab Alex. L. II. c. 19. Plato vero homines rubicundos dixit animosos, nigriores, viriles: albos, Deo deuotos, mellei coloris et decoloris vultus, nimium amatores. Tametsi communi fertur adagio, iracundissimos esse flauos, rubentesque.

156. Τοῖς ὀργιζομένοις) Hoc fit propter celeriores sanguinis circulationem, et Senec. l. 1. intumescantiam appellat: Magnasque minas agens, foeda visu et horrenda facies deprauantium se, ac intumescantiam. Et Cic. de offic. I. c. 29. Iratorum omnium vultus, voces, motus, statusque mutantur.

157. Ἐπιφαινίσσον) Hanc

εἶναι, αἰσχυνητοὶ εἰσιν· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος,
ὅτι τοῖς αἰσχυνομένοις ἐπιφοινίσσεται τὸ πρόσωπον.
Οἷς αἱ ¹⁵⁸ γνάθοι ἐπιφοινίσσουσιν, οἰνόφλυγες· ἀνα-
φέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι τοῖς μεθύουσιν ἐπιφοινίσσου-
σιν αἱ γνάθοι. Οἷς δὲ ¹⁵⁹ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπιφοινίσσουσιν,
¹⁶⁰ ἐκστα-

bescens est, verecundi sunt: referuntur ad
passionem, quia verecundatis supererubescit
facies. Quibus genae supererubescunt, ama-
tores sunt vini: referuntur ad passionem,
quia ebriis supererubescunt genae. Qui-
bus autem oculi supererubescunt, extra se

vocem ipse Aristot. aequè
ac rem explicat Probl. S. XI.
33. per ἐξέρυθροι γίνονται, at-
que ex cordis calore dedu-
cit: τοῖς δὲ αἰσχυνομένοις ἀνω
φέρεται τὸ θερμὸν πρὸς τὸ πρό-
σωπον. Σημεῖον δὲ ὅτι ἐξέρυ-
θροι γίνονται. Calor in pudore
affectis sese effert ad fa-
ciem. Cuius indicium est,
quod plenius erubescunt. Et
53. οἱ μὲν γὰρ αἰδοῦμενοι ἐρυ-
θρῶσιν· ἡ δὲ ἄγῳγία αἰσχύνῃ
τίς ἐστίν. Quos enim puduit
erubescunt: trepidatio autem
pudor quidam est. Pudor
autem a natura homini da-
tus est tamquam custos con-
servandae dignitatis ac exi-
stimationis suae, v. Cic. de
Offic. L. I. c. 35.

158. Αἱ γνάθοι ἐπιφ.) Ge-
nae supererubescunt. Proprie
in genis est sedes pudoris,
quare pueris rubere genua

probitatis signum est. v.
Alex. ab. Al. gen. dier. L.
II. c. 19. si autem nimius
rubor, irae signum, qui fit
ex calore sanguinis aucto et
ad superiora ascendente.
Vide Seneca, de ira L. II.
c. 20. Quidam ebrii effir-
vescunt, quidam sicci. Ne-
que ulla alia causa est, cur
iracundissimi sint flavi atque
rubentes: quibus talis natu-
ra color est, qualis fieri ce-
teris inter iram solet: mobi-
lis enim illis agitatufque san-
guis est.

159. Οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπιφ.)
Quibus autem oculi super-
erubescunt etc. Idem Sene-
ca de ira, L. I. c. 1. Fla-
grant et micant oculi, qui
sunt κατόπτερον τῆς ψυχῆς. Ra-
tio huius effectus est ap.
Arist. Probl. S. XXXI. 3. et
S. XXXII. 8. et Autor Hi-

160 ἐκστατικοὶ ὑπὸ ὀργῆς· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος, ὅτι οἱ ὑπὸ ὀργῆς ἐξεστηκότες, ἐπιφοινίσσονται τοὺς ὀφθαλμούς. 161 Οἷς δὲ ὀφθαλμοὶ ἄγαν μέλανες,

feruntur ob iram: referuntur ad passionem, quia, qui ab ira efferuntur, erubescunt oculis. Quibus autem oculi valde nigri, timidi:

erof. liberatae cant. IV. *Horrida maiestas ferocitate vultus terrorem auget.* — *Rubent oculi veneno infecti, et micat scintillans acies instar stellae crinitae male ominatae.*

160. Ἐκστατικοί) Aldus dat vitiose, ἐκστατικέ.

161. Οἷς δὲ ὀφθ.) *Quibus autem oculi valde nigri.* Empedoclis sententiae fauet Aristot. qua nigros oculos ex caloris interioris absentia fieri arbitratur, sic enim Probl. S. XIV. 14. ὀμματα μέλανα δὲ, διὰ τοῦ ἐντὸς θερμοῦ ἀπουσίαν, et apud nationes versus meridiem habitantes quam maxime reperiri scribit. Et de gen. anim. L. V c. 1. Τὰ μὲν οὖν ἔχοντα τῶν ὀμμάτων πολὺ τὸ ὑγρὸν, μελανόμματα ἔστι, διὰ τὸ μὴ εὐδίοπτα εἶναι τὰ πολλὰ. Itaque qui multum humoris continent, nigri sunt, quoniam humoris copia transpici satis non potest. Omnes autem causas nigri coloris

4. Σύμμετρος) Polemo, εὐσυμμετρός τῷ σχήματι.

μετρος· τὸ βλέμμα εὐσταθές, ⁵ βραδυκίνητον· ⁶ σχολαία φωνή, μαλακή· τῶν τριχῶν ὁ περιδρομος ⁷ ἄνω θρώσκων.

μβ. ΕΙΔΟΣ ΕΙΡΩΝΟΣ.

Ὁ δὲ εἶρων ¹ (καὶ) ² παλίμβολος, ³ τὰ ἀμφὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λαγαρὰ ἔχεται, τὸ βλέμμα ὑποκομψον, φωνὴν ὑφειμένην, βαινέτω εὐτροφον· καὶ κινείσθω ⁴ πάντα εὐρύθμως.

μγ. ΕΙ-

tus carne, ratione membrorum bonam habens proportionem. Oculus bene collocatus est et motu tardo praeditus; Vox tranquilla, mollis, capillorum circumductio sursum vulsa.

XLI. *Forma reprehensoris.*

Reprehensor autem et inconstans quae sunt circa oculos laxa habet, obtutum elegantiam affectantem, vocem submissam, incessus est conueniens, et omnis motus fit decenter.

5. Βραδυκίνητον) MS. βραδυκίνητος Sylb. Polemo p. 292. βραχὺ κίνημα.

6. Σχολαία) Polemo, καὶ σκολιδόν, φωνὴ βαρεῖα, μαλακή.

7. Ἄνω θρώσκων) Polemo ἄνωθρώσκων. Aristoteles p. 55. ἀνεσπασμένος.

1. (Καὶ) Inclusa coniunctio addita e MS. Sylb.

2. Παλίμβολος) MS. habet sic: at Rom. παλίμβουλος ut supra p. 292. est ἐναντιόβολος Sylb.

3. Τὰ ἀμφὶ etc.) Polemo paulo aliter haec expressit.

4. Πάντη) Polemo πάντα.

μγ. ΕΙΔΟΣ ΦΙΛΑΓΓΥΡΟΥ.

Τὸν δὲ Φιλάγγυρον ἄνδρα τοῖόνδε εἶναι ¹ λέγε· μικρομελῆ, μικρόματον, μικροπρόσωπον, ² ταχυβάδιον, ἐγκεκυφότα, ταχύφωνον, ³ ὀξύβοήν, τὴν χροιάν ὑποφωνίσσοντα.

μδ. ΕΙΔΟΣ ΦΙΛΟΚΥΒΟΥ.

Δασύς ἀνὴρ θριξὶν ἰδυτενέσι μελαίναις· δασεῖαν τὴν ὑπὲρ τὴν ἔχων, προτάφους δασεῖς, ὄμμα λιπαρὸν καὶ σίλβον, καὶ ἀμαρύσσον· ὁ τοιοῦτος Φιλόκυβος, ¹ Φιλορρηχτής, ² Φιλόκωμος.

με. ΠΕΡΙ

XLII. *Forma auari.*

Dicere autem eum esse auarum virum potes, qui artubus paruis aequae ac oculis, et facie est praeditus. Celeriter ingreditur, inclinato capite, vox aequae celer et acuta est, colorque subruber.

XLIII. *Forma aleae studiosi.*

Hirsutus vir capillis rectis, nigris, barbam comis obsitam habens, tempora hirsuta, oculum pulcrum, splendentem fulgentemque. Talis scilicet est aleae studiosus, qui gaudet victoria, et commissiones amat.

1. Λέγε) Polemo p. 293.
ἔδει.

2. Ταχυβάδιον) Polemo,
ταχὺ περιπατεῖν.

3. Ὀξύβοήν) Polemo ὀξύ-
φωνον.

1. Φιλορρηχτής) Aristoteles
p. 56. simpliciter ῥρηχταί.

2. Φιλόκωμος) Hanc vo-
cem pro vulg. reposui ex
Polemone p. 294. Syll.

με. ¹ ΠΕΡΙ ΗΜΕΡΟΥ ΚΑΙ ΑΓΡΙΟΥ.

Γίνονται δὲ καὶ μωροπόνηροι, ἔχοντες μικτὰ σημεῖα
μωρίας καὶ πανηρίας· κατὰ τοῦτ' οὖν εἰσὶ μωροπόνη-
ροι· ὥσπερ τῶν θηρίων, ² ὅσα τοῦ αὐτοῦ γένους
ὄντα, τὰ μὲν, ἡμέρα, τὰ δὲ, ἀγρία εἰσι· τούτων γὰρ
τὰ καθ' ἑκάστον ἐπισκοπῶν εἴση, ὡς εἴκοι μὲν ἀλλή-
λοις τὰ εἶδη ἐκατέρων· ὅμως δὲ, τὰ μὲν τῶν ἡμέρων
εἰσὶν εὐηθικώτερα· τὰ δὲ τῶν ἀγρίων, τραχύτερα
καὶ σκαιότερα, καὶ ταραχωδέστερα ὡς τὸ πολὺ.
³ Ὅθεν ἂν ἐπισκέψαιο μάλιστα ἐπὶ αἰγῶν ἀγρίων,
καὶ προβάτων, καὶ ἵππων, καὶ ὄνων, καὶ ⁴ ὅσα τοι-
αῦτα·

XLIV. De urbano et agresti.

Dantur vero etiam stulte malitiosi qui habent mixta signa stultitiae et improbitatis, et propterea sunt stulte malitiosi, animalium more, quippe quae secundum genera sua, vel mansueta, vel ferina sunt. Igitur haec sigillatim considerata erunt, ut appareat, quatenus formae unicuique inuicem conueniant. Quaedam enim inter mansueta sunt simpliciora; inter fera autem quaedam ferociora, scaeuiora, et turbulentiora quam maxime. Siquidem tale maxime conspiciere licet in capris feris ouibusque, equis, asinis et quae sunt genere

1. Περὶ ἡμεροῦ) Sequens mo p. 294. τὰ τοῦ αὐτοῦ γένους ἔχοντα.
titulus apud eundem Pole-
lem. p. 294. est περὶ μωροπο-
νηρίων; contractis scilicet duo-
bus capitibus in unum. Sylb.

2. Ὅθεν ἂν) Rectius apud Polemonem p. 295. ὅπερ ἂν.
Sylb.

4. Ὅσα τοιαῦτα εἰκότα)

2. Ὅσα τοῦ αὐτοῦ) Pole- Pol. ὅσα τοιαῦτα εἶδη ἔχει.

αὐτὰ· εἰκότα γὰρ τοῖς εἶδεσιν. Ὅμως τὰ μὲν
 ἡμέρα, ⁵ (πραότερα καὶ λειότερα) καὶ ἡπιώτερα· τὰ
 δὲ ἄγρια, καὶ ⁶ τραχύτερα, καὶ σκαιότερα, καὶ
 σφοδρότερα, καὶ ξηρότερα· καὶ ⁷ τὰ ἥθη οὖν αὐτῶν,
 τοῖς εἶδεσιν ἀκολουθεῖ. Καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων τοίνυν
 οὕτω χρὴ διαίρεῖν. Τὸ γὰρ διπλοῦν τοῦτο τῆς ἰδέας,
 καὶ ἐν ἀνθρώποις ⁸ φύεται ⁹ κατ' ἕκαστον τῶν ση-
 μείων. ¹⁰ Δίκαιοι γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν σημείων ¹¹ γί-
 νονται· ἀλλ' οἱ μὲν, ἀγριώτερον ταῦτα ἔχουσιν, οἱ δὲ,
 ἡμερώτερον. Καὶ σώφρονες ὁμοίως, καὶ ἀνδρεῖοι. Τὸ
 δὲ

iisdem similes. Similiter enim mansueta sunt
 (mitiora, leniora) tractabiliora. Fera autem
 ferociora, scaeviora, vehementiora, et ari-
 diora. Mores igitur formas illorum sequun-
 tur. Et sic haec distinctio apud homines quo-
 que admittenda est. Duplex enim illa imagi-
 nis adumbratio et in hominibus ex vnoquo-
 que signorum inest. Iusta enim et ex ipsis
 signis censentur, at nonnulli habent aliquid
 ferius, nonnulli aliquid mitius. Et pariter
 moderati, ac feri. Differentia vero signorum

5. (Πραότερα) Haec in-
 clusa addita sunt ex Polemo-
 ne. Sylb.

6. Τραχύτερα) Apud Po-
 lemonem est παχύτερα, a quo
 etiam voces καὶ σκαιότερα ab-
 sunt.

7. Τὰ ἥθη) Polemo ha-
 bet, τὸν νοῦν.

8. Φύεται) Idem Polemo
 p. 296. φαίνεται. Sylb.

9. Κατ' ἕκαστον) MS. plu-
 raliter κατ' ἕκαστα. Sylb.
 Quam lectionem quoque
 Polemo tuetur.

10. Δίκαια) Polemo re-
 ctius δίκαιοι.

11. Γίνονται) Sic etiam le-
 gitur apud Polemonem, sed
 aptius fortasse γινώσκονται.
 Sylb. Et pro seqq. ἀλλ' οἱ
 μὲν ibi est ἄλλοι μὲν.

δὲ διάφορον τῶν σημείων, ¹² ταχύτητι, καὶ λειότητι, καὶ τῷ ἀγρίῳ τε, καὶ ξηρῷ διαιρετέον. Οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ ἀδικίας, καὶ ἀκολασίας ἔχει. Καὶ ἐν τούτοις γὰρ τοῖς σημείοις τοῖς αὐτοῖς οὖσι, τὸ ἡμερόν τε καὶ ἄγριον προσπέφυκός, τὴν μὲν, ἀγριωτέραν ἀδικίαν, τὴν δὲ, ἡπιωτέραν ¹³ δείκνυσι καὶ ἐν τοῖς ἀνδρογύνοις, ¹⁴ οἱ μὲν, ἄγριοι, ἕτεροι δὲ τιθασσοῖ εἰσι· καὶ τούτων αὐτῶν οὐκ ¹⁵ ἄλλω τινὶ τὰ σημεῖα ἀλλ' ἢ μόνοις, οἷς εἰρήκα, διαίρεται.

μς. ΕΙΔΟΣ ΜΩΡΟΠΟΝΗΡΟΥ.

Ὡς περ καὶ τοῦ μωροπονήρου, τετανόθριξ ἢ πέ-
Φαλή,

ex velocitate, et facilitate, et ferocia, et ariditate est dignoscenda. Sic quoque se res habet cum iniustitia et intemperantia. Itaque in his signis qui sunt, et mansuetum et ferinum adnatum habent, ideoque vel iniustitiam severiorem, aut mitiorem demonstrant. Et in androgynis sunt quidam inurbani, alii vero urbani. Et haec quidem non aliis, quam his, prouti dixi, dignoscuntur signis.

XLV. *Forma stulte malitiosi.*

Sic quoque stulte malitiosi caput est promissis

12. Ταχύτητι) Conuenientius Polemo, τραχύτητι, καὶ λειότητι, καὶ τῷ ὑγρῷ τε καὶ ξηρῷ. Sylb.

δὲ ἡπιωτέραν, δικαιοσύνην λέγει Sylb.

14. Οἱ μὲν, ἄγ.) Polemo p. 297. οἱ μὲν πολλοὶ, ἄγριοι.

15. Ἄλλω τινὶ) MS. ἄλλω

13. Δείκνυσι) Polemo, τὴν τῷ Sylb.

Φαλή, ¹ στενή, λοξή· ὦτα ² ἅμα μεγέθει ἐπικε-
κλασμένα· αὐχὴν καὶ τράχηλος τρογγύλος· ὀφθαλ-
μοὶ ξηροὶ, ³ σκοτεινοὶ, μικροὶ, κοῖλοι, ὑπορρέοντες,
ἀτενεῖς· παρειαὶ στεναί, ἐπιμήκεις· γένειον μακρόν·
τόμα ἄθυρον, περίμηκες, ἀκλείπον, ⁴ ὡς διεσχισμέ-
να τὰ πρόσωπα φαίνεσθαι· κυρτὸς, προγάστωρ, πα-
χυσκελής, ποδῶν καὶ χειρῶν ⁵ ἄκρα παχέα καὶ
σκληρά· ὑπόχλωρος· ⁶ κυλοιδιῶν ὥσπερ ἐξ ὕπνου,
καὶ

crinibus, coarctatum et obliquum, aures re-
flexae aequae ac magnae. ceruix ac collum ro-
tundum, oculi ficci, tenebricosi, parui, caui,
fixi et intenti: malae tenues, praelongae;
mentum longum, os apertum, praelongum,
non clausum, et frons in binas quasi videtur
partita partes. Curvus est, ventre promi-
nente, cruribus crassis. Extremitates pedum
manuumque, crassae ac durae; ceterum sub-
pallidus est, et partes oculorum subtumidae,

1. Στενή) Polemo habet
στερεάν.

2. ἅμα μεγέθει) MS. et
Polemo, ὦτα ὑπερμεγέθει. Sylb.

3. Σκοτεινοὶ) MS. σκότιοι.
Sylb.

4. Ὡς διεσχισμένα) Pole-
mo p. 189. ὡς διεσχισμένον
habet, referendo hanc vo-
cem ad v. τόμα, et reliqua
sic: τὸ πρόσωπον ὡς διεγρόντος
φέρει.

5. Ἄκρα) Polemo habet
ἄρδρα, cum additamento
περιμήκη.

6. Κυλοιδιῶν) Quae pote-
stas huic fit verbo ex Hesy-
chio apparet, qui vocem
κύλα interpretatur, τὰ ὑπο-
κάτω τῶν βλεφάρων κοιλώματα,
τὰ ὑπὸ τοῦς ὀφθαλμοῦς κῆλα,
τὰ ὑπόπια. Inde κυλοιδιῶν est
quasi τὰ κύλα οἰδεῖν v. Foels-
oecon. Hipp. in voce κοῖλα
Meurs. in Spicil. ad Theocr.
p. 5. et commentatores ad
Polluc. L. II. f. 66. apud
Hippoer de morb. mul p.
642. 49. explicatur, καὶ τὰ
κοῖλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπανοιδεῖ.

καὶ κραιπάλης· Φωνὴ 7 βληχώδης, μικρὰ, θρα
σεια.

μζ. ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

Ταῦτα ὅσα εἶρηται, καθάπερ ἐν γραφαῖς 1 ἀχρόοις,
γραμμῇ μόνῃ τύποι ἀνδρῶν εἰκασμένοι εἰσὶ· τὰ δὲ
πολλὰ, καὶ παντοδαπὰ εἶδη ἀνθρώπων, ἐκ τῶν
πολλῶν τῶν κατ' ἕκαστον μέρος ὄντων σημείων, ταῖς
μίξεσιν αὐτῶν, καὶ ταῖς δυνάμεσιν, 2 ἄλλοις τε
πρὸς ἄλλο πειθόμενός τε, καὶ ἀπιστῶν 3 τεκμαίρου.

quasi e somno aut crapula; vox balatoria,
parua et audax.

XLVI. Conclusio.


Quaecumque igitur hucusque dicta sunt, ima-
gines virorum describunt, quales secundum
literam tantum in scriptis non fucatis exstant.
Reliquas autem multifariasque hominum for-
mas, ex multis signis, quae ex vnaquaque
earum colliguntur parte, earumque mixtione
ac viribus colligere licet, si inuicem compa-
rantur; differentia sic et intelligetur.

7. Βληχώδης) Polemo vo-
cem addit, ἀχρεία.

1. Ἀχρόοις) Non fucatis,
id est, quae ita rem tra-
ctant, uti est, neque orna-
mentis nimis ipsi aliam con-
ciliant formam. Pol. p. 307.
habet καὶ χροιά, καὶ γρ.

2. Ἄλλοις) Sic pro vulg.
ἀλλήλοις reposui e MS. Pole-
mo habet ἄλλοτε πρὸς ἄλλον
Sylb.

3. Τεκμαίρου) Clausula
tractatus in MS. est haec:
Ἀδαμαντίου Σοφιστοῦ Φυσιογνω-
μονικῶν δευτέρου τέλος Sylb.



IV

MELAMPODIS

EX

PALPITATIONIBVS DIVINATIO

ET

DE NAEVIS OLEACEIS

LIBELLVS.

Ff

¹ ΜΕΛΑΜΠΟΔΟΣ ² ΙΕΡΟΓΡΑΜΜΑ-
ΤΕΩΣ, ΠΕΡΙ ³ ΠΑΛΜΩΝ ΜΑΝΤΙΚΗ
ΠΡΟΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ.

⁴ Ὅσα μὲν ταῖς ἔμπροσθεν βίβλοις, κράτιστε βα-
σιλεῦ

MELAMPODIS HIEROGRAM-
MATICI EX PALPITATIONE DIVINATIO
AD
REGEM PTOLEMAEVM.

Quaecumque in prioribus ad te, optime Re-
F f 2

1. Μελαμποδός) Huius li-
belli vnum tantummodo ex-
emplar habuimus, Roma-
num; idque mediocriter
emendatum, quod paucis
perstringam *Sylb.*

2. Τερογραμματοέως) Ab aliis
vocatur Augur et vates, plura
de ipso Melampode diximus
in praefatione.

3. Παλμών) Glossae vet-
interpretantur salissatio, pal-
pitatio, cuius veteres memi-
nere passim cf. Theocr. Idyll.
III. v. 37. Virgil. in Catal. ---
Caelius L. VII. c. 29. Iusti-
nus Qu. ad orthodoxos qu.
19. Isidor. Origg. L. VIII. 9.
Augustin. de doct. Christ.
L. II. 20. Magius Misc. L.
IV. c. 21. Coteler. ad Patres
Apostol. T. I. p. 13. Gaul-
minus ad Eustath. de Isme-
nii et Ismenes amoribus, p.

39. Bulenger. de ominibus
L. IV. c. 3. P. Possinus ad
S. Nili narrationes, p. 175
sq. Tob. Guthberletus L.
posthumo de Salis p. 11.
Delrio disquisit. magic. L.
III qu. 4. f. 4. p. 473. De-
finitionem παλμοῦ hanc sup-
peditat Iustinus l. l. δ δὲ παλ-
μὸς πάθος ἐστὶ σωματικὸν ἐκ τῆς
διαδρομῆς τοῦ φυσικοῦ πνεύμα-
τος, ἐν τῷ σώματι ὑφισταμένου
πάντων τῶν ζώων. Διὸ ἀνάξιον
ἐκρίνον οἱ ἅγιοι εἶναι κριτήριον
τῶν μέλλοντων τὸ τοιοῦτον σω-
ματικὸν κίνημα: Palpitatio af-
fectio est corporis ex discursu
spiritus naturalis, qui sub-
sistit in ore omnium animan-
tium. Ideo sancti omnes hunc
motum corporeum indignum
iudicarunt, qui res futuras
indicaret.

4. Ὅσα μὲν) Initium li-

σιλεῦ Πτολεμαῖε, συνέγραψά σοι, ἐκ τῶν ἀδύ-
των σηλῶν τὰ τέρατα σημειωσάμενος, καὶ τὰ σύμ-
βολα συνέγραψα. Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν ⁵ ἀπέστειλάς
μοι συγγράψασθαί σοι περὶ τῶν γινομένων παλμῶν
ἐν τοῖς μέλεσι τῶν ἀνθρώπων, μεγάλην καὶ ἡδίστην
ἡγοῦμαι τὴν ἐπιταγὴν ταύτην. Καὶ ἐτέρων οὖν τετυ-
χηκῶς δωρεῶν, συνέλεξά σοι καὶ τάδε.

⁶ Κορυφὴ ἐὰν ἄλληται, λύπας καὶ ἀηδίας ση-
μαίνει, ἢ ὁδὸν πορευθῆναι μακρὰν· δούλω, ὕβριν·
παρ-

gum Ptolemaee, antea in libris conscripsi, vide-
licet ex columnis ea, ad quas non patet accessus,
congeffi, atque inde signa collegi. Posteaquam
vero mihi iam nunc imperaueris, ut ea con-
signarem, quae ex palpitatione membrorum
humanorum accidunt, hoc mihi praeceptum
eximium ac iucundum esse existimo. Itaque
inter reliqua, quae tibi offeruntur munuscula,
et haec congeffa collocare liceat

Si apex capitis tremuerit, tristitias ac mo-
lestias praesagit, aut longum iter, seruo ta-

belli laudat Fabric. Bibl. graeca T. I. L. I. c. 15. p. 99,
qui etiam commemorat ex
Artemidori Oneirocrit. III.
28. Melampodem περὶ τεράτων
καὶ σημείων καὶ περὶ μυῶν scrip-
sisse.

5. Ἀπέστειλας) Conuenien-
tius fortasse ἐπέστειλάς μοι.
Syll.

6. Κορυφὴ) Apex capitis,
sive vertex, est pars capitis
summa, media inter occipi-

tii et brechmatis ossa, ubi
capillus in dextram aut si-
nistram vertitur. Pollux in-
terpretatur μεσόκρανιον et τὸ
τοῦ κρανίου ἐγκοilon, nimirum
medium cranium, et ea ca-
pitis pars quae in gibbam
curuari incipit, futuraque
lambdoide et eius addita-
mentis distinguitur. Ruf.
Ephesius in definit. med. L.
I. c. 3. τὸ ἐν μέσῳ καὶ ὃ μάλιστα
ἐιλοῦνται αἱ τρίχες.

παρθένω, ἄνδρα· χήρα, λύπην· ἐν ἄλλοις, ἔκ-
 Φευξιν κακῶν, δῆθεν κακῶς πράσσοντι· παρθένω,
 γάμον, ὅτι ὁ Ζεὺς τὴν Ἀθηνᾶν ἐκ τῆς κορυφῆς ⁷ ἔκτι-
 σε· χήρα, ὁμοίως γάμον· πλουσίῳ, ζημίαν, καὶ
 ἐπιβουλήν, στρατιώτῃ, ⁸ προκοπὴν· ναύτῃ, χειμῶνα·
 ἐπὶ δὲ κορυφῆς αὐτοῦ οἱ χειμαζόμενοι ⁹ σωθήσονται.
 Κεφαλὴ

men iniurias, virgini virum, viduae tristitias;
 secundum alios auctores malorum occursum
 decernit, videlicet illi, qui mala patrauit; vir-
 gini nuptias, quoniam vt dicunt, Iupiter ex
 suo apice Mineruam genuit, viduae quoque
 similiter nuptias, diuiti damnum ac insidias,
 militi felicitatem, nautae tempestatem, in
 apice vero suo qui tempestatem patiuntur,
 superstites erunt.

F f 3

7. Ἐκτίσε) Sensem qui-
 dem hoc ipsum satis com-
 modum habet, vt quivis fa-
 cile intelligit: Accuratus
 tamen, putem, scripsisset
 Auctor: ἔτεκεν, vel propius
 adhuc, ἐτόκησε, peperit: Ex
 Iouis enim vertice capitis
 siue cerebro, per partum,
 prodūisse Mineruam, omni-
 bus satis notum est ex My-
 thographis. Inde forsan ipse
 Auctor, vt dixi, ἔτεκεν, re-
 ctius scripserit, aut ἐτόκησε.
 Sed haec obiter: et satis
 pro coniectura. †

8. Προκοπὴν) Felicitatem,
 progressum. Procul dubio
 intelligitur; euectio ad ma-

iores honores ob res prae-
 clare gestas.

9. Σωθήσονται) Οἱ γὰρ ἐκ
 ναυαγίου διασωθέντες ἐπὶ τῆς κο-
 ρυφῆς ξυρῶνται, ex naufragio
 enim seruati raduntur in
 vertice. Vid. Artemidor.
 Lib. I. Oneir. cap. 23. Inde
 Iuuenalis, Sat. XII. Gau-
 dent ubi vertice raso, Gar-
 rula securi narrare pericula
 Nautae. Vbi vid. Variorum
 Not. apud Heinsum. Quo
 et inprimis pertinet acutum
 illud Epigramma Lucillia-
 num, Lib. VI. Antholog.
 Σωθεὶς ἐκ πτελέγους Λουκίλλιος,
 ᾧδε κέκαρμη, Τὰς τρίχας ἐκ
 κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

Κεφαλή εἰν ἄλληται, ἢ αἱ τρίχες ὀρθαὶ ἴσαν-
ται, ἢ ἐν ¹⁰ μακρῷ φρίσσουσιν ἐπιμόνως πλείονα
χρόνον, ἐπιβουλήν σημαίνει ἢ ἀπὸ Φίλου τινὸς καὶ
συγγενοῦς ¹¹ ζημίαν· δούλω, νόσον· παρθένω,
ψο-

Caput vero si concutietur, aut si capilli
erecti fuerint, aut si in aliquo tempore hor-
reant multo tempore, constanter insidias in-
dicant, aut ab amico aliquo, aut consanguini-

Vbi conf. Brodae Not. item
Rigalt. ad Artemidori loc.
cit. pag. 9. item Interpretes
ad Petron. praefertim Doug-
taei Analect. Sacr. in Nou.
Test. Excurs. LXVI. pag. 97.
Potter. Archaeolog. Tom. II.
pag. 125. et Vrsin. Quaest.
Bibl. 8. Lib. VI. pag. 453.
vt alios complures iam ta-
ceam, qui huius notissimi
nafragorum seruatorum ri-
tus passim mentionem fece-
runt: ad quem etiam hic
respexisse videtur Auctor
noster, verbis licet ambi-
guis et paullo obscuriori-
bus, vt nempe frequentius
solet. †

10. Ἐν μακρῷ) Quum
hoc ἐν μακρῷ, sensu idem
fere sit, ac mox sequens
ἐπιμόνως, π. χ. atque inde
tautologum videatur: Ma-
lim inde melius forsan, hic
legere ἐν ἄκρῳ, h. e. in sum-
mo capitis vertice, sensu, ni
fallor, satis commodo, et

huic quidem loco perquam
congruo. Ceterum vero
subito et immani terrore
perculsis, aut in summo vi-
tae periturae periculo con-
stitutis ipsos capillos cum
tremulo horrore, sursum at-
tollere et veluti erectos stare;
notum satis est vel ex isto
Virgilii versu omnibus co-
gnito: *Obstupui, steterunt-
que comae*, quod idem sane
est, ac quod Auctor noster
dixit hoc loco: αἱ τρίχες ὀρ-
θαὶ ἴσανται, ἢ ἐν ἄκρῳ φρίσσου-
σιν: Ad quem Maronis lo-
cum conf. si placet, aut opus
videatur, Comment. de la
Cerde et aliorum Interpre-
tum observationes. Sed
haec obiter, occasione spon-
te hic oblata, †

11. Ζημίαν) Eiusmodi
damnum videlicet, cui est
κέρδος oppositum. Nam hae
voces sic vsurpantur v. Ari-
stot. Ethic. L. III, c. 4.

ψόγον· χήρα, ὕβριν· πενομένοις, καὶ ἐν ἐνδείᾳ τυγ-
 χάνουσιν, ἀγαθὰ δηλοῖ· πλουσίοις, ἀσθένειαν, καὶ
¹² ἐπανάστασιν τοῦ βίου· νοσοῦντι δὲ, ¹³ ζωήν. Ἄλ-
 λως κεφαλὴ εἰάν ἄλληται ¹⁴ ἐπὶ πλείονα χρόνον, κα-
 κόν τι σημαίνει· δούλω, ¹⁵ δεσπότου θάνατον· χή-
 ρα, βλάβην. Ἐν ἄλλοις, ὑποταγὴν, καὶ αὐθις
 ἐλευθερίαν δηλοῖ. Κεφαλὴ ὅλη εἰάν ἄλληται, θά-
 νατον δηλοῖ· ἐν ἄλλοις ἀγαθὰ πολλὰ σημαίνει.
 Κεφα

neo damnum portendunt, seruo autem aegri-
 tudinem, virgini vituperationem, viduae in-
 iuriam, pauperibus, et iis, qui indigent, bo-
 num ominantur. Diuitibus imbecillitatem,
 ac vitae insolentiam; aegroto vero vitam:
 aliter tradunt alii, dicunt enim, caput si tre-
 muerit, malum multo tempore duraturum
 enunciat; seruo mortem heri, ac viduae
 damnum, aliis personis subiugationem, et
 rursus libertatem indicat. Si totum caput sa-
 lierit, mortem praefagit, aliis multa bona

F f 4

12. Ἐπανάστασιν) Bene in-
 terpres, *vitalis insolentiam*, qua
 videlicet vita non perfrui-
 mur, Nostrates, *da man des
 Lebens nicht froh wird*, pos-
 sent vero etiam intelligi in-
 fidiae diuitum vitae structae.
 Si quis ita interpretari velit,
 per me licet.

13. Ζωήν) Id est, *vitalis*
humanae sustentationem, con-

seruationem, restitutionem
sanitatis pristinae.

14. Ἐπὶ πλείονα) Aliter
 distinxit Interpres, videri-
 cet sic ἄλλεται, ἐπὶ πλείονος
 χρόνον κακόν τι σ.

15. Δεσπότου) Interpres
 legisse videtur δεσπότη, gi-
 gnendi casu. Nam reddi-
 dit: *seruo malum, hero mor-
 tem.*

Κεφαλῆς τὸ ὀπισθεν μέρος μέχρι τοῦ ¹⁶ κύκλου εἰάν
 ἄλληται, κατὰ πάντα ¹⁷ ἐχθρὰν, καὶ ἐπιβουλήν
 δηλοῖ, καὶ ¹⁸ οἰκείων θάνατον· τοῖς δὲ λοιποῖς, συμ-
 φορὰν· δούλω, ἀγαθόν· παρθένω, ἐπιτυχίαν κα-
 τοῦ ἀνδρός· χήρα, νόσον· ἐν ἄλλοις, πλουσίῳ κίν-
 δυνον· ¹⁹ γεωργῶ, κόπον. Κεφαλῆς τὸ δεξιὸν μέ-
 ρος

enunciat. At si pars capitis posterior usque
 ad concavum, plerumque inimicum; et infi-
 dias, et peculiarem mortem, reliquis vero
 aduersitatem, seruo bonum, virgini bonum
 virum; viduae aegritudinem, diuiti pericu-
 lum, agricolae laborem significat. Si vero
 dextra capitis pars, bonum ominatur, seruo

16. Κύκλου) Interpres le-
 gisse videtur κοῖλου, vertit
 enim, concavum.

17. Ἐχθρὰν) In exem-
 plari est ἐχθρον, parum con-
 grueniter. Sylb.

18. Οἰκείων) In exemplari
 est οἰκεῖον, parum congruen-
 ter. Sylb. Et sic Interpres
 quoque legit, vertendo, pe-
 culiare.

19. Γεωργῶ, κόπον.) Quum
 omnium agricolarum nego-
 tium et officium consistat
 proprie ἐν τῷ κόπῳ, seu in
 arduo et molesto labore
 agrum colendi, arandi, oc-
 candi, runcandi ac purgan-
 di etc. ceu vbiuis notum:
 inde hic κόπον, ceu calami-
 tatem, periculum, aut in-

fortunium, haud satis appo-
 site et significanter posuisse
 videtur Auctor. Quare for-
 tasse, ni fallor, scripserit
 potius κοπήν, aut ἐγκοπήν, im-
 pedimentum, retardationem,
 excidium; vel etiam pari
 sensu satis commodo κοπε-
 τὸν, hoc est, planctum, lu-
 ctum, ob contumacis nempe
 agri sterilitatem, spesque
 foecundae messis opimas, in-
 terceptas plane atque ere-
 ptas, quando nempe tor-
 rentia agros sidera biemesque
 fundum ipsum, in luctum et
 gemitum infelicis agricolae,
 mendacem reddunt, vt fere
 Horatius loquitur. Sed sa-
 tis nunc de his coniecturis,
 subito subnatis. †

ρος εὖν ἄλληται, ²⁰ ἀγαθὸν δηλοῖ· δούλω, χαρὰν καὶ ἐλευθερίαν, παρθένω, ²¹ ψόγον· χήρα, ²² κακὸν καὶ ἐπιμονὴν τῆς χηρείας. Κεφαλῆς τὸ ἀριστερὸν μέρος εὖν ἄλληται, βλάβην δηλοῖ· πλουσίῳ, ²³ εὐωχίαν· δούλω, μετάβασιν οἰκίας· παρθένω, ψόγον· χήρα, ὕβριν.

Ἐγκέφαλος εὖν ἄλληται, νόσον δηλοῖ τῷ ὑγιαίνοντι· τῷ νοσοῦντι δὲ, ὑγείαν, καὶ αὐξήσιν τοῦ σώματος ²⁴ καὶ βίου· ἀτέκνοις, τέκνον καὶ χαρὰν· ἐν δῆμοις

gaudium, et libertatem, virgini vituperationem, viduae bonum, viduitatis suae perseverentiam. Sin autem sinistra, damnum, diviti, copias gulae indulgendi, seruo domus mutationem, virgini vituperationem, viduae contumeliam.

Cerebrum saliens bene valenti morbum, aegrotanti sanitatem, augmentum corporis, et victum denotat, sterilibus vero filium et

F f 5

20. Ἀγαθὸν) Vulgg. ἀγαθός, sed leg. ἀγαθόν, vel ἀγαθοσύνην, vt ex seqq. patet. †

21. Ψόγον) Malim γάμον omnia enim bona significare hic creditur, εκ δεξιου μερους τῆς κεφαλῆς ἄλμ. †

22. Κακὸν) Romana editio pro κακὸν habet perperam καλὸν, vt satis declarant sequentia Sylb. Hanc lectionem quoque sequutus est Interpres.

23. Εὐωχίαν) Legendum πτωχείαν, paupertatem, vt ex antecedentibus et consequentibus patet, βλάβην γὰρ δηλοῖ. †

24. Καὶ βίου) Interpres victum et procul dubio in eius exemplari fuit βίον, mallet tamen reddere vitae, hoc sensu, vt vitae indicetur prolongatio, qui sensus, vt mihi videtur, menti auctoris est consentaneus.

δήμοις ἀποδημίαν, καὶ ἄφιξιν εἰς τὴν ἰδίαν πατρί-
δα· στρατιώτῃ, καὶ ναύτῃ, κεφαλῆς κίνδυνον δηλοῖ.

Μέτωπον εἰάν ἄλληται, ἱταμοῖς καὶ ἀναιδέσι
πράγμασιν ἐμπεσεῖσθαι δηλοῖ· δούλῳ, δεσπότου
θάνατον· παρθένῳ, ἐπιβουλήν· χήρᾳ, βλάβην. Με-
τώπου τὸ δεξιὸν μέρος εἰάν ἄλληται, ²⁵ μέγας καὶ
ἐγκρατὴς ἐστὶν ὁ τοιοῦτος· δούλῳ, ὕβριν· παρθένῳ,
συμβουλήν· μετώπου ἀριστερὸν μέρος εἰάν ἄλληται,
κατὰ πάντα κακὸν δηλοῖ, καὶ ²⁶ κλαυθμὸν· δούλῳ,
ὠφέλειαν· παρθένῳ, γάμον· χήρᾳ, ψόγον. Με-
τώπου

gaudium, exuli peregrinationem, et reditum
in patriam, militi vero et nautae capitis peri-
culum.

Si enim frons tremuerit, in res pudendas
et vituperabiles incidere significat, seruo do-
mini mortem, virgini insidias, viduae da-
mnum. At si dextra frontis pars, magnitu-
dinem potentiae praefagit, seruo iniuriam,
virgini consilium. Sin autem sinistra, plerum-
que malum et luctum significat, seruo utilita-
tem, virgini nuptias, viduae vituperationem:

25. Μεγὰς etc.) Ἔστι πο-
fitum pro futuro ἔσσι. Sylb.
Forſan rectius legendum:
μέγας καὶ ἐγκρατὴς ἐστὶ τὸ τοιοῦ-
τος. Alias enim haud facile
apparet, quo referendum
fit illud μέγας καὶ ἐγκ. vel le-
gendum: εἰάν τινί ἄλληται·
tumque seruari commode
poterit vulgatum istud: μέ-
γας καὶ ἐγκρατὴς ἐστὶν ὁ τοιοῦ-
τος: adeo, ut tum nihil sit
mutandum. †

26. Κλαυθμὸν) Bene In-
terpres luctum, et talem qui-
dem, qui fit cum eiulatione,
qui magnus censendus; vn-
de is potissimum hic com-
memoratur; nam vox κακὸν
hunc et sub se comprehen-
disset.

τώπου τὸ μέσον εἰάν ἄλληται, πένθος δηλοῖ· δούλω, κακόν· παρθένω, ὠφέλειαν· χήρᾳ, ὕβριν· ἐν ἄλλῳ ἀγαθόν δηλοῖ ἐν παντί.

Κρόταφος δεξιὸς εἰάν ἄλληται, κατὰ πάντα ἀγαθόν· δούλω, ἀνωμαλίαν· παρθένω, ²⁷ εὐωχίαν πρόσκαιρον· χήρᾳ, ἀποδηρίαν, καὶ ὠφέλειαν. Κρόταφος εὐώνυμος εἰάν ἄλληται, κατὰ πάντα ἀγαθόν, ὠφέλειαν ἀπροσδόκητον δηλοῖ· δούλω, ἀνωμαλίαν· παρθένω, ²⁸ ἐκκοπὴν γάμων· χήρᾳ, ἀγαθόν.

Ὅφρυς

at si frontis medium luctum, seruo malum, viduae iniuriam, virgini vtilitatem, aliis personis omnibus bonum enunciat.

Si temporum tremitauerit dextrum, semper bonum enunciat, seruo autem inaequalitatem, virgini conuiuium opportunum, viduae peregrinationem, et vtilitatem: si sinistrum, semper bonum, et inopinam vtilitatem praesagit, seruo inaequalitatem, virgini nuptiarum impedimentum, viduae bonum.

27. Εὐωχίαν πρόσκαιρον) Conuiuium opportunum, tale ferri potest, et ἐγκοπὴν reponi. Syll. Forte legendum πρόσκοπὴν nuptiarum progressum felicem. Sed in his spissis Auctoris tenebris, vix liquida lux affulget: omnia

28. Ἐκκοπὴν). Et ἐκκοπὴν enim incerta et perturbata. †

29 Ὀφρὺς δεξιὰ εἰάν ἄλληται, νόσον δηλοῖ
 30 ὀλίγον χρόνον, καὶ μετ' ὀλίγον εὐπορίαν· πένητι,
 πλοῦτον· δούλω, ἀγαθόν· παρθένω, ψόγον· χήρα,
 ὕβριν. Ὀφρὺς ἀριστερὰ εἰάν ἄλληται, ἀγαθόν πολὺ
 σημαίνει ἀπροσδόκητον· ἀλλὰ καὶ εὐτυχίσει, καὶ
 πίσιν ἔξει. Ὀφρύων τὸ μέσον εἰάν ἄλληται, κατὰ
 31 Φημονόην, κακὸν ἅπασιν· δούλω, ἀγαθόν· παρ-
 θένω, 32 συμβουλήν· χήρα, ὠφέλειαν.

Ὀφθαλ-

Si dextrum supercilium salierit, aegritu-
 dinem breuem, et non multo post illam, opu-
 lentiam enunciat: pauperi vero diuitias, seruo
 bonum, virgini vituperationem, viduae in-
 iuriam: si sinistrum multa inopina bona si-
 gnificat, sed etiam felicitatem, ex qua fidem
 habebit. Si medium quod est inter supercilia,
 vt Phoemon asseruit, omnibus malum prae-
 sagit, seruo tamen bonum, virgini consilium,
 viduae vtilitatem.

29. Ὀφρὺς) Antiquissima exempla a ciliis desumpta vi-
 de in Suida in voce ὀφρὺς, illius salivationis quoque Plautus in Milite. --- me-
 minit: *Praecantatrici, collectrici ariolae aruspicae flagitium est, si nihil mittetur, quae supercilio spicit.* Et in Pseud. *Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.* Vi-
 de Coelium L. VII. c. 29.

30. Ὀλίγον χρόνον) Lege-

re possis etiam ὀλιγοχρόνιον. Sylb.

31. Φημονόην) De Phemo-
 noe legi merentur, quae dis-
 seruit docte et eleganter Fa-
 bric. in Bibl. gr. T. I. L. I. c. 25.
 n. 4. cf. et ibi auctores lau-
 dados 153. Intp. dat *Phoemon.*

32. Συμβουλήν) Hoc vo-
 cabulum in hoc loquendi
 genere reperitur etiam in
 sequentibus aliquoties, no-
 minatim infra de aure. Sylb.

33 Ὀφθαλμὸς δεξιὸς εἰάν ἄλληται, κατὰ Φη-
μονόην, καὶ Αἰγυπτίους καὶ 34 Ἀντιφῶντα, ἐχθρούς
ὑποχειρίους ἔξει. 35 Ἄγει δὲ καὶ ἀποδήμους.
Ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ τὸ ἄνω βλέφαρον εἰάν ἄλληται,
ἐπίκτησιν πάντως δηλοῖ· κατὰ δὲ Ἀντιφῶντα, πρᾶ-
ξιν καὶ ὑγείαν· δούλω, ἐπιβουλήν· χήρα, ἀπο-
δημίαν. Δεξιοῦ ὀφθαλμοῦ τὸ κάτω βλέφαρον εἰάν
ἄλληται, δάκρυα δηλοῖ· δούλω, ἀγαθόν· παρθέ-
νω,

Si dexter oculus salierit, vt Phoemon, et
Antiphon, et Aegyptii tradiderunt, porten-
dit, subditos inimicos fore et peregrinatione-
nes. Si dextri oculi superior palpebra, acqui-
sitionem omnino, secundum verò Antiphonta
negotiationem, et sanitatem significat, seruo
insidias, viduae peregrinationem: sin autem
palpebra inferior, lacrymas enunciat, seruo

33. Ὀφθαλμὸς δεξιὸς) Hic interpres, qui de sua arte
aphorismus de oculi dextri librum conscripsit. Suidas:
saltitatione legitur etiam Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος ὀνειροκρίτης,
apud Theocrit. Idyll. III. v. περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψεν
37. vbi caprarius commissans Meminit eiusdem Cicero L.
ait: ἄλλεται ὀφθαλμός μεν δὲ I. et II. de diuin. passim. De
δεξιός. Ἄραγ' ἰδὼς αὐτάς, e eod. Seneca controu. 9. Or-
dextri scilicet oculi palpita- to Iunius edidit quidem qua-
tione coniectans se voti sui tuor libros colorum, quos bene
fore compotem Sylb. Cf. Gallio noster Antiphontis li-
Casauboni lection. ad haec bros vocabat, tantum in illis
verba et Meurs. in Spicil. somniorum est.
Bulenger. de ominibus L. 35. Ἄγει δὲ καὶ ἀπὸ δήμους)
III. c. 2. Fabric. Bibl. gr. Haec fere sine sensu: Inde
T. I. L. I. c. 15. p. 99. forsan rectius legendum:
ἀνάγει δὲ καὶ ἀποδήμους, h. e.

34. Ἀντιφῶντα) Plures reducit quoque eos, qui
hoc nomine apud veteres peregre profecti erant, sensu
fuere. Procul dubio ille claro et meliore. †
Atheniensis est somniorum

νω, ὕβριν· χήρα, ὑποταγήν. Ὁφθαλμοῦ δεξιῶ
 36 κανθὸς εἰάν ἄλληται, ἢ 37 ὀμῆλης, πένητι
 ἀηδῖαν δηλοῖ· δούλω, διαβολήν· παρθένω, κίνδυ-
 νον· χήρα, ψόγον· ἐχθροῦ ἀποδημοῦντος ἐπέλευσιν
 δηλοῖ. Ὁφθαλμὸς ἀριστερὸς εἰάν ἄλληται, ἥξει τις
 αὐτῷ ἀπὸ ξένης, ὃν μάλιστ' ἀγαπᾷ· ἢ αὐτὸς ὁδὸν
 πορεύσεται· καὶ εἰ προσέφυγέ τις ἐξ αὐτοῦ μακρὰν
 ὁδὸν, εὕρήσει τοῦτον. Καὶ διὰ θηλυκῶν 38 προσώ-
 πων ἐλπίδα δηλοῖ· πένητι δὲ ὁδὸν πορευθῆναι ἐπ'
 ἀγαθῷ. Ἐν ἄλλοις δὲ πολλὰ κοπιᾷσαι, καὶ ὀλίγα
 κτήσασθαι δηλοῖ. Ὁφθαλμοῦ ἀριστεροῦ τὸ ἄνω
 βλέ-

bonum, virgini iniuriam, viduae subiugatio-
 nem: si angulus dextri oculi tremuerit, pau-
 peri iniucunditatem, seruo bonum, virgini
 periculum, viduae inhonorationem, atque
 inimici peregrinantis reditum. Si sinister ocu-
 lus quatitur, aduentum hospitis maxime di-
 lecti, aut futurum iter denunciat, et si aliquis
 ab ipso fugiet, eum per longum iter inueniet,
 et spem mulieribus etiam significat, pauperi
 vero iter in bonum, aliis multum laborem,
 et parum possidere praefagit. Si sinistri oculi

36. Κανθός) Angulus
 oculi h. e. extremum vtrius-
 que palpebrae, vel oculi
 pars communis superioris et
 inferioris palpebrae: habet
 autem vterque oculus angu-
 lum duplicem, vnum maio-
 rem iuxta nares, alterum
 minorem iuxta tempora.

37. Ὀμῆλης) Recentioris
 dialecti videtur esse vocabu-
 lum, ut alia non pauca.
 Sylb. Forſan legendum ὀ-
 βλος, ut mox infra.†

38. Προσώπων) Haec vox
 h. l. personas notat, ut ali-
 bi saepius.

βλέφαρον εὖν ἄλληται, πένητι 39 ἐπίκτησιν δηλοῖ, καὶ εὐπορίαν· δούλω, ἐπιβουλήν· παρθένω, ψόγον· χήρα, ἀγαθόν· πλουσίῳ, εὐωχίαν· γεωργῷ, καὶ κυνηγῷ, ὠφέλειαν· στρατιώτῃ, 40 προκοπὴν. Ὁφθαλμοῦ ἀριστεροῦ ὁ δεξιὸς κανθὸς εὖν ἄλληται, ἡγουν ὁ πρὸς τὴν ῥίνα, ὑγίαν καὶ σωτηρίαν δηλοῖ. Ὁ δὲ ἀριστερός εὖν ἄλληται, ἐπὶ πάντων ἀγαθόν δηλοῖ. Ὁφθαλμοῦ ἀριστεροῦ τὸ κάτω βλέφαρον εὖν ἄλληται, 41 ἀηδίαν σημαίνει· δούλω, διαβολήν· παρθένω, 42 ἀφθαρσίαν· χήρα, ὕβριν. Ὁφθαλμοῦ ἀριστε-

superior palpebra salierit, pauperi acquisitionem et opulentiam significat, seruo insidias, virgini vituperationem, viduae bonum, diuiti conuiuium, agricolae et venatori auxilium et vtilitatem, militi, felicitatem: si finistri oculi dexter angulus salierit, qui est ad nasum, sanitatem et salutem ominatur: si vero sinister omnia bona significat. Si inferior finistri oculi palpebra, iniucunditatem; seruo calumniam, virgini incorruptibilitatem, viduae iniuriam. Oculi finistri angulus versus

39. Ἐπίκτησιν) Recte interpretres *acquisitionem*, quae tamen simul coniuncta cum accessione bonorum, quae per sequens εὐπορίαν indicatur.

40. Προκοπήν) *Felicitatem*, recte intellige eam quae fit vel ex spoliis, vel ex praemiis et honoribus ob fortitudinem eximiam consequendis.

41. Αἰδία) *Iniucundita-*

tem, malle vertere, quodcumque nobis taedium ac molestiam parit, quod animo ingratum est, et corpori dolores affert.

42. Ἀφθαρσίαν) *Incorruptibilitatem*, quae potissimum virginis integritatem respicit, nullo modo violandam; raram hanc esse huius vocis significationem, quilibet, nobis etiam non moneantibus, intelligit.

ἀριστεροῦ ὁ 43 κανθὸς ἰοβόλος ἀλλόμενος, ἀηδίας καὶ
λύπας δηλοῖ παντί· δούλω, ὠφέλειαν· παρθένω,
νόσον. Ὁφθαλμοῦ ἀριστεροῦ ἡ 44 οὐρὰ εἰάν ἄλληται,
ἀγαθὰ πολλὰ δηλοῖ· δούλοις, πίσεως ἐπιτυχεῖν,
ὅθεν ἂν ὠφελήσεται, παρθένω, ψόγον· χήρα,
45 λύπην.

Ρινὸς δεξιὸν μέρος εἰάν ἄλληται, ἀηδίας Φυγὴν
δηλοῖ· δούλω, ὠφέλειαν· παρθένω, συμβουλήν·
χήρα,

tempora si salierit vnicuique iniucunditatem
et tristitias praesagit, seruo vtilitatem, virgini
aegritudinem. Oculi sinistri extremum si sa-
lierit, multa denunciat bona, seruis prae-
stationem fidei, vnicuique ipsis vtile est, vir-
gini vituperium, viduae tristitiam.

Si dextra nasi pars salierit, iniucunditates
fugere significat, seruo vtilitatem, virgini

43. Ὁ κανθὸς ἰοβόλος etc.) Multis difficultatibus hic lo-
cus premitur, nam quid
ιοβόλος sit vix sine melioris
exemplaris ope potest au-
gurari, forte ὁ κανθὸς μέσος
substituī debet, ad modum
sequentis canonis τὸ μέσον
τῆς ρινὸς; deinde vox ὠφέ-
λειαν parum congruenter di-
citur, quum in antecedenti-
bus sit λύπας δηλοῖ παντί, itaque
mendum hic quoque cuba-

re cenſeo, et vel ἄνωφέλειαν,
vel ἄνωμαλίαν legendum.

44. Οὐρά) Haec vox pas-
ſim pro extremitate ossium
inprimis apud Hippocratem
accipitur, vnde hoc loco et
per oculi extremum bene ver-
titur.

45. Λύπην) Cf. huc Artemid.
Lib. I. Cap. 28. vbi plura de
oculis, quae huc, aliquam
quidem partem, ſpectant: vt
et Achmet. Capp. 52. et 53. †

χήρα, 46 ὑποταγήν. ῥινὸς ἀριστερὸν μέρος ἀλλόμε-
νον, ἀγαθὰ δηλοῖ ἀπροσδόκητα· δούλω, ὠφέλειαν·
παρθένω, συμβουλήν· χήρα, ὑποταγήν. Τὸ μέ-
σον τῆς ῥινὸς ἀλλόμενον, λύπην δηλοῖ· δούλω, ἀη-
δίαν· παρθένω, 47 γάμον· χήρα, ψόγον. Πῶς ὅλη
εἰάν ἄλληται, κατὰ πάντα ἀγαθὰ δηλοῖ ἀπροσδό-
κητα. 48 Τὸ ἄκρον τοῦ ἀριστεροῦ μέρους τῆς ῥινὸς εἰάν
ἄλληται, ζημίαν δηλοῖ· δούλω, κακοπάθειαν·
παρθένω, ψόγον· χήρα, διαβολήν.

Μυκτῆρ

consilium, viduae subiugationem: sin autem
sinistra, inopina bona enunciat, seruo auxi-
lium, virgini consilium, viduae subiugatio-
nem: at si nasi medium, tristitiam, seruo iu-
cunditatem, virgini luctum, viduae vitupe-
rationem: et si totus nasus, semper inopina
bona praesagit. Si extrema pars sinistrae par-
tis nasi quatitur, damnum, seruo malum, vir-
gini vituperationem, viduae calumniam.

46. Ὑποταγήν) A scopo ab-
errare non videar, si hanc
vocem de votis secundis ac-
ceperim, quum coniugium
cum ζύγω comparatur, quo-
cum ὑποταγή conuenit.

47. Γάμον) Forſan rectius
legendum γόνον, luctum, prae-
ceſſit enim λύπην δηλοῖ, nem-

pe in omnibus, vti mox ſe-
quitur, vel ſimplicius legen-
dum τὸ ἄγαμον, vel et ἀγα-
μίαν. †

48. Τὸ ἄκρον) Sub hoc in-
telligitur pars, quum medi-
ci ἀκρορῖνιον nuncupant, id
eſt, tota naſi ſummitas, a
poetis ſφαιρίον appellata.

49 Μυκτῆς δεξιὸς εἰάν ἄλληται, ὠφέλειαν δηλοῖ· δούλω, καὶ παρθένω, καὶ χήρᾳ, ἀηδίαν. Μυκτῆς ἀριστερὸς εἰάν ἄλληται, ὠφέλειαν δηλοῖ· δούλω, οἰκίας μετάσασιν· παρθένω, ἄνδρα· χήρᾳ, ὠφέλειαν. Τὸ μέσον τοῦ μυκτῆρος ἀλλόμενον, ζημίαν καὶ ὕβριν δηλοῖ· δούλω, 50 εὐφρασίαν· χήρᾳ, ὠφέλειαν.

Μῆλον δεξιὸν ἀλλόμενον, ὕβριν ἀπροσδόκητον δηλοῖ· δούλω, ἀγαθόν· παρθένω, ὕβριν. Μῆλον ἀριστερόν ἀλλόμενον, κατὰ πάντα ἀγαθὸν δηλοῖ· δούλω, μακρὰν ἀποδημίαν· παρθένω, 51 ψόγον· χήρᾳ, ὠφέλειαν.

Χεῖλος

Si extrema dextrae partis vtilitatem significat, seruo vero, virgini et viduae iniucunditatem, si sinistrae partis, vtilitatem innuit, seruo domus mutationem, virgini virum, viduae vtilitatem. Si medium ambarum partium extremarum naris tremuerit, damnum ac iniuriam, seruo bonam considerationem, viduae auxilium.

Si dextrum ex malis quatitur, inopinam iniuriam praesagit, seruo bonum, virgini iniuriam, sinistrum vero semper bonum, seruo longam peregrinationem, virgini vituperationem, viduae vtilitatem.

49. Μυκτῆς) Proprie μυκτῆρες nasi partes concavae vtriusque posita dicuntur, quae meatum praebent spiritui et odoribus, et sic h. l. considerationem, Interpres; mallet, gaudium ob res bene gestas, vel laetitiam de libertate per manumissionem consequenda.

50. Εὐφρασίαν) Bonam

51. Ψόγον) forte legen-

Χεῖλος τὸ ἄνωθεν εἰάν ἄλληται, 52* διάκρισιν
πρὸς τινα καὶ νίκην σημαίνει· δούλω, ἀγαθόν· παρ-
θένω, κέρδος. Χεῖλος τὸ κάτω ἀλλόμενον, ὠφέ-
λειαν, 52 ἢ ἔργου ζημίαν δηλοῖ.

Σιαγὼν δεξιὰ εἰάν ἄλληται, ὠφέλειαν δηλοῖ·
δούλω, 53 οἰκονομίαν πισευθῆναι· παρθένω, νόσον·
χήρα, ψόγον. Σιαγὼν ἀριστερὰ ἀλλομένη, λύπην
δηλοῖ ἐπὶ πράγματι ὀλίγω· δούλω, ὠφέλειαν· παρ-
θένω, ψόγον· χήρα, εὐφρασίαν.

Γνά-

Si superius labrum salierit, discrimen et
victoriam significat, seruo bonum, virgini
lucrum. Sin autem inferius, vtilitatem, se-
cundum vero Aegyptios operis damnum.

Maxilla si dextra salierit, vtilitatem signi-
ficat, seruo fidem oeconomiae adhiberi, vir-
gini aegritudinem, viduae vituperationem.
Sin autem sinistra, tristitiam in re parua enun-
ciat, seruo vtilitatem, virgini vituperationem,
viduae bonam considerationem.

G g 2

dum πῶθον, amorem, deside-
rium, ψόγος enim sane haud
referri commodè potest ad
τὰ κατὰ πάντα ἀγαθὰ, vt in
antecedentibus dictum est. †

52.* Interpres *discrimen*,
non male, attamen malle-
certamen reddere propter
sequens νίκην.

52. Ἡ ἔργου) Interpres
addidit *secundum Aegyptios*,
quae verba neque in Roma-

na, neque in Sylburgii ex-
stant editionibus. Igitur
vel in suo habuit exempla-
ri, vel pro mero glossemate
sunt accipienda.

53. Οἰκονομίαν (πισευθῆναι)
Τὰς γὰρ σιάγονας, πρὸς ἀποθῆ-
κας ληπτέον, apposite huc, in-
quit Artemidorus, Lib. I.
Oneirocrit. Cap. 31. pag. 29.
Conf. et Casauboni Com-
ment. ad Theophrasti Eres.
Charact. eth. pag. 120. †

Γνάθος δεξιά ἀλλομένη, 54 εὐφρασίαν δηλοῖ·
 δούλω, πόρον· παρθένω, συμβουλίαν· χήρα, ὠφέ-
 λειαν. Γνάθος ἀριστερά ἀλλομένη, κακοπάθειαν
 δηλοῖ· δούλω, νόσον· παρθένω, ὕβριν· χήρα, ἀηδιάν.

Ὡτίον δεξιὸν 55 ἀλλόμενον, ἢ 56 ἤχοῦν, χαρὰν
 ἐπὶ

Gena si dextra quatitur, bonam loquelam
 significat, seruo vadum, virgini consilium,
 viduae vtilitatem. Sin autem sinistra, malum
 pati significat, seruo morbum, virgini iniu-
 riam, viduae iucunditatem.

Si dextra auris salierit, aut resonuerit in

54. Εὐφρασίαν) Interpres, *bonam loquelam*, minus re-
 cte; sed legisse videtur, εὐ-
 φραδίαν, et εὐφρασία forte ex
 antecedentibus a librario in
 nostra exemplaria tralata
 est.

55. Ἀλλόμενον) Digna
 sunt quae Meurs. in Spicil.
 ad Theocrit. p. 20. monuit
 ut hic adscribantur: A ve-
 teribus scientia ominandi
 κληδωνιστικὴ magnopere culta
 fuit. Eius tres species, pal-
 pitatio, sternutatio, et tin-
 nitus auris. De tinnita sunt
 ista verba Aristaei L. II.
 Οὐκ ἐβόμβει μοι (lege σοί) τὰ
 ὦτα ὅτε σου μετὰ δακρύων ἐμε-
 μνήμην. De sternutatione

ad Idyll. VII. dicendum erit.
 De palpitatione hoc loco,
 contra quam elegans locus
 Iustini Mart. in Resp. ad
 Quin. XIX. Ὁ δὲ παλμὸς, πά-

θ., ἐστὶ σωματικὸν ἐκ τῆς διαδρο-
 μῆς τοῦ φυσικοῦ πνεύματος ἐν τῷ
 σώματι ὑφισταμένου πάντων τῶν
 ζώων. Διὸ ἀνάξιον ἔκρινον οἱ
 ἄγιοι εἶναι κριτήριον τῶν μελλόν-
 των τὸ τοιοῦτον σωματικὸν κί-
 νημα, et quae sequuntur.
 Qui vero ex palpitatione
 diuinabant, ii *Saliffatores* a
 veteribus Latinis diceban-
 tur. Isidor. L. VIII. *Salif-
 fatores vocati sunt, qui dum
 eis membrorum quaeque par-
 tes salierint, aliquid sibi ex
 inde prosperum seu triste si-
 gnificari praedicunt.* Me-
 lampodis locum adduxissem,
 si non antevertisset Casau-
 bonus, vir, de quo hoc ve-
 rissime vsurpauerim, quod
 de Porphyrio Eunapius, Βε-
 βλιοθήκη τις ἐμφυχος, καὶ περι-
 πατοῦν μουσεῖον.

56. Ἤχοῦν) Sic quoque
 Georgius Monachus ἢ πρὸς

ἐπὶ τινι σημαίνει· δούλω, εὐφρασίαν· παρθένω,
ἐπίκτησιν· χήρα, ἀγαθόν. Ὡτίον ἀριστερόν ἀλλό-
μενον, ὑψηλόν τι γενέσθαι δηλοῖ· δούλω, ἐγχείρη-
σιν μεγάλων πραγμάτων· παρθένω, ψόγον· χήρα,
ἀφαίρεσιν. Ὡτίου δεξιῶ τὸ ἔσωθεν ἀλλόμενον.
κακόν τι σημεῖον· ὠτίου λαιῶ τὸ ἔσωθεν ἀλλόμενον,
κακὸν

aliqua re gaudium significat, seruo autem bo-
nam loquutionem, virgini acquisitionem, vi-
duae bonum: sin autem sinistra, sublime ali-
quid fieri significat, seruo vero rerum magna-
rum aggressum, virgini vituperationem, vi-
duae diminutionem: at si interior pars dex-
trae auris salierit, malum signum esse affir-
mant: sinistrae autem exterior superficies
malum significat, audiet aliquid, non tamen

G g 3

τὸ οὗς ἤχος γένετο, et Cedre-
nus p. 29. ὡτὸς ἤχος. Hom. Il.
κ. V. 410. ψεύδομαι ἢ ἔτυμον ἔρέω,
κέλεται δὲ μοι θυμὸς Ἴππων μ'
ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπου οὐχ ἄτα-
βέλλει. Huc pertinere vide-
tur illud Lesbiae vatis a Ve-
ronensi conuersum, *Sonitu
suapte tintinant aures*, et
Virg. in Catal. *Garrula quid
totis resonas mihi noctibus au-
ris Nescio quem dicis nunc
meminisse mei*. Et Catull.
ep. 52. — *Lingua sed torpet
tenuis sub artus Flamma di-
manat, sonitu suapte tinti-
nant aures*. Sappho quoque

ὑμμάτεσσι δ' οὐδὲν ὄρημι βομβέ-
σιν δ' ἀκοαὶ μοι, *Nihil oculis
video, mihi aures tinniunt*.
Plinius vero L. XXVIII. c. I.
*aurium tinnitu absentium ser-
mones praesentiri* ait. Pe-
culiari voce hoc κερυβαν-
τισμὸς appellabatur, quippe
qui somnum eripit oculis,
auribus indit vitium, quo
sibi homines audire sonitus
et tinnitus videntur. Var-
ro inde dicit in Prometheo:
*Leuisomna mens sonorinas
imagines affatur, non um-
brantur somno papulae*.

κακόν τι σημῆιον· ἀκούσεται τι, καὶ οὐ χαρήσεται·
δούλω δὲ καλόν.

57 Γενείου τὸ δεξιὸν μέρος ἀλλόμενον, ἀγαθῶν
ἐπίκτησιν δηλοῖ τοῖς πᾶσι· γενείου τὸ ἀριστερὸν ἀλλό-
μενον, ἐλπίδας ἀγαθὰς πᾶσι δηλοῖ, καὶ πᾶσιν ἀγα-
θόν. Γένειον ἀλλόμενον, πολυγηρίαν δηλοῖ.

58 Οὐρανίσκος ἀλλόμενος, εὐφρασίαν δηλοῖ καὶ
ζημίαν· τὸ δὲ εὐώνυμον, ἀγαθόν. 59 Βρηχὸς εἰάν
ἄλληται, δούλω καὶ ἐλευθέρῳ ἀγαθόν δηλοῖ.
60 Οδόν-

ex illo laetabitur, verum seruo bonum enun-
ciat.

Si menti pars dextra falierit, bonorum
acquisitionem omnibus significat, sinistra vero
et bonam spem, et omnibus bonum enunciat:
at si totum, nimiam senectutem praesagit.

Si palatum falierit, bonam loquutionem
et damnum, et si sinistra pars, etiam bonum.
Si guttur falierit seruo aequae ac ingenuo bo-

57. Γενείου) Natura ipsa
mentum in duas partes di-
stinxit, per duorum ossium
genae inferioris futuram,
quae in pueris est conspicua
aetatis autem progressu ita
coalescit, ut nulla vi sepa-
rari possit; unde dextra et
sinistra pars recte de mento
dici potest.

58. Οὐρανίσκος) A qui-
busdam et οὐρανός vocatur,

fic enim Polydeucus in
Onom. L. II. affixo Diction.
med. H. Steph. p. 591. τοῦ
δὲ σώματος τὸ ἄνω, Οὐρανός.
Apud alios dicitur ὑπερώα.

59. Βρηχός) Pro βρηχός
videtur legendum βρόχος, ut
supra apud Polem. p. 265.
βρόχος pro eodem. Sylb. Sic
videlicet erat in Rom. et
Sylb. editione, quod men-
dum ibi sustulimus.

60 Οδόντες εὖν ἀλλόμενοι συγκρούωσιν, ἀγαθὸν δη-
λοῦσι.

Στόμα εὖν ἄλληται, ὅψεται τινὰ διὰ πολλοῦ
τοῦ χρόνου, ἐφ' ᾧ καὶ χαρήσεται.

Καρδιά εὖν ἄλληται, ἀγαθὸν δηλοῖ πᾶσιν· ἄλ-
λοις, ἰλαρότητα· δούλῳ, ἐλευθερίαν· παρθένῳ, νω-
θρείαν· χήρᾳ καὶ στρατιώτῃ, εὐφροσύνην· ἐμπόρῳ,
πρᾶξιν. Ἄλλοις 61 ἐπίβουλος φίλος δηλοῦται.

Τρα-

num annunciat. Si dentes tremuerint, dis-
cordiam, et quandoque etiam bonum enun-
ciare.

Si os tremuerit, videri aliquem post mul-
tum tempus, quo vtetur, praesagire.

Cor palpitans bonum omnibus porten-
dere, secundum alios hilaritatem, vel amici
insidias, seruo tamen libertatem, virgini pi-
gritiam, viduae ac militi bonam loquutionem,
mercatori negotiationem. Aliis insidias amici.

G g 4

60. 'Οδόντες) Cf. huc Ar-
temid. L. I. c. 32. vbi de
dentium harmonia. † Ce-
terum in dentibus augurium
vitae inesse creditum fuit
ab antiquis, vnde Hippo-
crates Epid. L. II. S. 6. sta-
tim ab initio, οἱ μακροβίοι
πλείους ὀδόντας ἔχουσι, vide
quae ad hunc locum anno-
tauit Foef. S. VII. p. 133.

61. 'Επίβουλος φ. etc.) Bu-
leng. de omin. L. III. c. 2.
hunc laudans locum ἐπιβου-
λὴν φίλου δηλοῖ legit, et tra-
dit in pauore hoc maxime
obseruari. Digna sunt eius
verba vt hic adscribantur:
Apud Athen. L. XV. Sopho-
cles θυμῷ δ' οὔτι, Φαίδρα, χο-
ρεύει θάρβους θυγάτηρ, ο Φαι-
δρα, non amplius in animo

Τραχήλου τὸ δεξιὸν μέρος εἰάν ἄλληται, ἐλευ-
 θέρω, φόβον· δούλω δὲ, νόσον σημαίνει· τοῖς δὲ
 λοιποῖς πᾶσι, καλόν. Τραχήλου ἀριστερὸν μέρος
 εἰάν ἄλληται, ἀγαθόν. Φάρυγγος τὸ δεξιὸν μέρος
 εἰάν ἄλληται, εὐφρασίαν δηλοῖ· δούλω καὶ ἐλευθέ-
 ρω, κέρδος. Φάρυγγος τὸ λαϊὸν μέρος ἀλλόμενον,
 Φεῦξιν ἀηδίας πᾶσι δηλοῖ· ἄλλοις ἐλευθέραν δό-
 ξαν σημαίνει· δούλω, κακὸν ἀκοῦσαι· στρατιώτῃ, χρη-
 μάτων

Dextra pars colli si salierit, libero homini
 timorem, seruo aegritudinem; ceteris omni-
 bus bonum, si sinistra tremuerit. Si dextra
 pars gutturis quatitur, bonam loquutionem
 significare affirmant, seruo vero ac libertino
 lucrum: at si sinistra pars, fugam iniucundi-
 tatis omnibus significat, aliis liberam gloriam,
 seruus mala audiet, militi nummorum acqui-
 sitionem, pauperi quaestum, femineo sexui,

salta palpitatio timoris filia. Plato ideo timorem vocat
πῆδησιν καρδίας, saltationem
cordis. Alia mente dixit Per-
 sius: *cor tibi rite salit* Lae-
naeque in parte mamillae Nil
salit Arcadico iuueni. Ex
 quo Isidor. L. VIII. *Saliffa-*
tores dicuntur ii, quibus mem-
brorum quaelibet partes quum
salierint, futura coniiiciunt.
 Et Theocr. Idyll. 19. *παλλο-*
μένη καρδίην, quum cor ei sub-
filiret. In Hercule Oetaeo
 Senecae Act. III. *Cor atto-*
nitum salit, Pavidumque tre-
pidis palpitat venis iecur.
 Plautus ideo belle dicit:

Cor lienosum est, artem fa-
cit histrionicam et in Captiu.
Quin quiescis dierectum cor
meum, I, ac suspende te. Tu
sussultas. Ego miser vix ad-
sto prae formidine. Ab Ana-
xandride mutuatus est ὁ πο-
νηρὲ καρδίᾳ ἐπιχαιρέκακον ὥς εἰ
μόνον τοῦ σώματος ἐρχῇ γὰρ εὐ-
δὲς, ἢν ἰδὲς δεδοικότα: o cor
improbum, ut vnum ex toto
corpore gaudes malis, satis
enim simul ac timentem vide-
ris. Vbi Athenaeus: κατὰ
 γὰρ ἐν τοῖς φέβοις γενομένας
 ἀγωνίας πάλλεσθαι τὴν καρδίαν
 ἐπιδηλότατα συμβαίνει.

μάτων ⁶² ἐπίκτησιν· ἀπόρων, πόρον· ἐκ ⁶³ θηλυκῶν
 προσώπων, παρθένω, ἀηδῖαν· κυβερνήτη, ἔπαινον.
 Αὐχένος δεξιὸν μέρος εἰάν ἄλληται, ἀγαθὸν δηλοῖ·
 δούλω μὲν, ⁶⁴ μερίμνας· παρθένω δὲ, μνήσιν· χήρα,
 κόπον· στρατιώτη, ⁶⁵ ἀμεριμνίαν. Τὸ δὲ εὐωνυμὸν,
 πονηρὸν τι δηλοῖ· ⁶⁶ δούλω, κόσμον· παρθένω, ἄν-
 δρα· χήρα, εὐφρασίαν· δούλω, ἀγαθόν· τοῖς δὲ
 λοιποῖς, οὐ καλόν· ἄλλοις, ἐπιβουλήν δηλοῖ· ἐν δὲ
 σενο-

et quidem virgini iniucunditatem, gubernatori navis laudem. Si dextra iuguli pars tremuerit, bonum significat, seruo tamen cogitationes, virgini procacitatem, viduae laborem, militi cognationis priuationem: sin autem sinistra, maligni quidquam, seruo ornamentum, virgini virum, viduae bonam loquutionem, seruo bonum, ceteris autem non bonum: secundum alios significat insidias: iis

G g 5

62. Ἐπικτήσιν) *Acquisitio-*
nem, vel praemia ob labores perpeffos, quae decernuntur strenuis inuictisque militibus, vel spolia opima, quae consequuntur, hoc loco sunt intelligenda.

63. Θηλυκῶν προσ.) Vide quae supra de hac voce notauimus.

64. Μερίμνας) *Interpres*, *cogitationes* male. Mallem sollicitudinem, quae animum nunc huc, nunc diuidit illuc, et rapit in partes varias.

65. Ἀμεριμνίαν) *Male* *Interpres* *cognitionis priuationem*, procul dubio ex hypothetarum errore, rectius: *animi tranquillitatem*, *gaudium*, *voluptatem*, ex mente Epicuri et Gassendi.

66. Δούλω, κ.) Mendum suspicor, quum in sequentibus sit δούλω ἀγαθόν, nec mihi persuaderi patiar rem a Melampode bis diuersimode expressam esse, substituenda ergo alia vox, cui κοσμος conuenit, v. c. δεσποίνα.

τενοχωρίαις ὄντι, ⁶⁷ εὐταθῇ κακοῖς δούλοις νόσον, παρθένω, εὐωχίαν ἐμψυχον· στρατιώτη, δάκρυα· ἐμπόρῳ, ἀπόδοσιν· κυβερνήτη, εὐπλοΐαν. Ἡ δὲ εὐώνυμος, ἐλευθέρῳ ἀηδίαν σημαίνει· δούλῳ δὲ, νόσον· ⁶⁸ χήρᾳ πρὸς εὐπροσδόκητον· στρατιώτη, ⁶⁹ καθαίρεσιν· ἐμπόρῳ, βλάβην· κυβερνήτη, λύπην· γυναικί, ἀηδίαν· ἄλλοις, ⁷⁰ ὁδοιπόρων ζημίαν, δούλων λύπας· τοῖς δὲ λοιποῖς πᾶσι καλὸν, ἄλλοις εὐωχίαν πᾶσι δηλοῖ.

71⁷ Ωμος

vero, qui in angustia sunt, malorum constantiam, seruis aegritudinem, virgini conuiuium, militi lacrymas, mercatori restitutionem, gubernatori nauis bonum nauigium: sin autem sinistra, liberto iniucunditatem, seruo aegritudinem, militi submersionem, mercatori damnum, gubernatori tristitiam, mulieri iniucunditatem: sed secundum alios viatorum damnum, seruis tristitias, ceteris omnibus bonum, et conuiuium.

67. Εὐταθῇ) Nescio an rectius εὐτάθειαν ἐν κακοῖς, vt infra de κοιλή, πλευρὰ εὐώνυμος ἀλλομένη, μοχθήσαντι εὐτάθειαν δηλοῖ. Sylb.

68. Χήρᾳ πρὸς εὐ.) Fortasse legendum χήρᾳ κέρδος εὐπροσδόκητον, vt in sq. de musculo, Sylb. Leg. χρέος, aut κέρδος εὐπροσδόκητον, vt

infra, et supra παρθένω κέρδος. †

69. Καθαίρεσιν) Submersionem, melius depressionem, qua eorum virtus non praemiis sat dignis ornatur.

70. Ὀδοιπόρων ζ.) Rectius fortasse ὁδοιπόρῳ ζημίαν, δούλων λύπας: vt in praecedenti ἄλλοις sit prolepsis quaedam generis. Sylb.

71 ὤμος δεξιὸς ἀλλόμενος, ὠφέλειαν τινα δη-
λοῖ· χειροτέχνη μὲν, πρᾶξιν· δούλοις δὲ ὠφέλειαν,
72 καὶ θάνατον δεσπότη· παρθένω, γάμον· χήρᾳ,
κέρδος· ἐμπόροις, 73 ὠφέλειαν· 74 κυβερνήτῃ, εὐ-
πορίαν· γυναικὶ, χαρὰν. ὤμος λαιὸς ἀλλόμενος,
ἐπιβουλήν ὑπὸ γυναικὸς σημαίνει, 75 ἀλλὰ ὠφέλι-
μον. ὤμου τὸ μέσον ἀλλόμενον, πολλῶν ἀγαθῶν
κυρίευσιν, καὶ δούλων δηλοῖ, καὶ ἐλευθέρων. ὤμο-
πλάτης εὐάνυμος ἀλλόμενος, 76 εἰάν ἐπὶ ξένοισι
77 ἀφρο-

Si dexter humerus falierit, vtilitatem si-
gnificat, artificii manuali in opere suo, seruo
vtilitatem, et mortem sui domini, virgini
nuptias, viduae lucrum, mercatoribus vtili-
tatem, gubernatori bonum iter, mulieri gau-
dium significat: sin autem sinister insidias a
muliere illatas, sed salutare portendit. Me-
dium armi si falierit, in multa bona aequae
ac seruos et libertos dominium signifi-
cat. Scapula dextra faliens, hospitibus qui-

71. ὤμος) Huc illa Ar-
temidori Cap. 42. Lib. I.
ὤμοι παχεῖς καὶ εὐσαρκοὶ πᾶσιν
ἀγαθοὶ, εὐανδρείαν γὰρ καὶ εὐ-
πραξίαν σημαίνοντες. †

72. Καὶ θανάτῳ δεσπ.) For-
san rectius ad sensum iuuan-
dum ὠφελ. ἐκ θανάτου δεσπό-
του, quale saepius apud
Oneirocriticos Artemido-
rum, Achmetem et alios, in
hunc quidem sensum occur-
rit. Imo ita et supra, pro
δούλῳ δεσπότη θάνατον δηλοῖ,

